Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
23 G
6
M
13-20, C, 32
~~27~~ 27
~~E~~ D
~~56~~ 44
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ex libris francisci de Pommat 5° Januarij 1691 Dono de Meritat in magno Consilio Consiliarij Regij

DE CONSENSV HIERARCHIÆ ET MONARCHIÆ;

Inscriptus Catalogo

ADVERSVS PARÆNETICVM Optati Galli Schiſmatum fictoris LIBRI SEX.

Depomma

I. *De Scopo Parænetici.*
II. *De falſo Schiſmatis augurio.*
III. *De ſomnio Patriarchatûs.*
IV. *De legitimo Libertatis Eccleſiarum patrocinio.*
V. *De ſubſidijs Eccleſiaſticis erga S. Pontificem & Regem.*
VI. *De Iuſtitiâ Edicti Connubialis.*

Lucubratio ISAACII HABERTI SS. Eccleſiæ Pariſienſis Presbyteri Canonici ac Theologi, Doctoris Sorbonici, Regij Concionatoris.

PARISIIS,
Apud PETRVM BLAISE, viâ Iacobæâ, ad inſigne D. Thomæ.

M. DC. XL.
Cum Approbatione & Priuilegio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



Digitized by Google

NOs ſubſignati Sacræ Theologiæ Doctores ac ſocij Sorbonici, accuratè legimus ſex Libros (*De Conſenſu Hierarchiæ & Monarchiæ, aduerſus Optati Galli Paraneticum, Authore* M. ISAACIO HABERTO *Doctore Sorbonico*, quos Orthodoxè ac eruditè ſcriptos comperimus. In cuius Rei fidem hîc ſubſcripſimus: Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo. Die verò ſecunda Iulij.

C. MOREL.

LE MOINE.

Errata ſic corrigito.

PAg. 10. l. 2. lege non tãtum ſedis. pag. 26. l. 16. quam magno. pag. 28. l. 17. occeperas. pag. 31. l. 11. ſperas. pag. 32. l. 21. inuexit aduerſus. pag. 33. l. 19. effrænatæque & in marg. Epiſt. Synod. pag. 36. l. 18. Epiſcopatus iam. pag. 42. l. 13. honoretur. pag. 52. l. 12. pleróſque. pag. 53. l. 4. Loteuenſem & idem in marg. pag. 56. l. 4. Pontifici. pag. 58. l. 21. cœperit audacter. pag. 78. l. 19. ſanctam lauernã. p. 105. in marg. lin. 16. *πατρὸς* & lin. 28. *χριστῦ*. pag. 107. l. 18. quondam. pag. 109. l. 9. ſapaudo. pag. 115. l. 9. vero. pag. 116. l. 15. vigilijs inexhauſtis. pag. 123. in marg. no dubitatum. pag. 124. l. 15. Gregorio & Benedicto. pag. 145. in marg. lin. vltim. *ἰσχὺν*. pag. 157. l. 5. *ὁμωνύμως*. pag. 160. in marg. *πλείων*. pag. 161. l. 10. *μήτηρ*. pag. 162. l. 6. ita Eccleſias. dele nec. pag. 7. Lib. V. in marg. lib. 4. Reg. pag. 63. Libr. VI. lin. 10. fornicationem.

Digitized by Google

DEO.
OPTIMO. MAXIMO.
VIRGINIQVE.
MATRI.

S. S.
ECCLESIÆ. SANCTÆ.
CATHOLICÆ. APOSTOLICÆ.
ET. ROMANÆ IVDICIO.

HOC. QVICQVID. EST. OPVSCVLI.
RELIGIONIS. ET. PIETATIS.
CAVSSA. SVSCEPTVM.

AVCTOR.

EX. ANIMO. SVMMITTIT.

LIBER I.

Digitized by Google

LIBER PRIMVS.

DE SCOPO PARÆNETICI.

QVOD Publicæ Rei cum Eccleſiâ coniunctiſſimæ præ cæteris debere me ſenſi: Optatum Gallum ſanctiſſima vtriuſque iura violantem aperto marte primus aggredior, antequam ab imminenti ſcriptorum acie profligatus obruatur. Optandus erat equidem Illuſtris aduerſarius, non ille qui ſub Optati furtiuo nomine tenebras an lucem quærat, Gallumque ſeſe turpiùs men-

Digitized by Google

tiatur an abiuret, dubium relinquit. Verum quicquid ille moliatur, neque Gallum liceat vnquam agnoſcere, cui tam obſcura facies, vox Barbara, peregrina mens, animus hoſtilis: Neque vero Optatum, qui dum effícti ſchiſmatis oppugnatione ſchiſma conflare nititur, Parmenianus factus eſt. Quod ſi tanto cum ambitu veterum aliquem adumbrare contendat, non illum profecto ſanctitatis ac eruditionis eximiæ Mileuitanum Antiſtitem: ſed alterum potius Optatum conceſſerim, quem S. Auguſtinus vocat, *Tenebroſi ſchiſmatis ducem, Gildonianum ſatellitem, decennalem Africæ gemitum, ſchiſmaticorum Baſiliſcum: qui nutu propè Regali, quo inter ſerpentes pollere dicebatur, proiectas aſpides reuocauit.* In huius Optati nomen, ac gentem Pſeudogallus iſte quiſquis eſt, tanquam

S. Aug. lib. 2. in Parmenian. variis locis.

Digitized by Google

amiſſis ſacris paternis abdicatus tranſire poteſt : præclaram hanc adoptionem nemo illi ſanus inuideat. Maturiùs vtinam de hæreditate longinquâ etiam adeundâ cogitaſſet ; & libri portentum quod apud nos inauſpicatò effudit , in vltimas illas oras monſtris,ac venenis fertiles , quò nunc deportandum eſt, intuliſſet! Non quod hominem oderim, aut perſequar, aut inquiram: tametſi veſtigia Pantheræ haud penitus inexplorata ſagaciores exiſtiment. Abunde namque mihi eſt , ad qualecunque ſaltem, vt aiunt, pugnæ ſimulacrum, larua illa infelix, quæ dum hominem occultat, errorem prodit, crimen accuſat. At ſi latebras, ac receſſus, in quos ſe proripuit, accedere fas eſſet, vt nulla mihi cum eo neceſſitudo foret, communi tamen Chriſtianæ charitatis officio adirem, compel-

Optati libellus ſic incipit, Panthera homini infenſa, &c. aptiſſimè, nam Panthera, quas odore allicit, feras vt enecet, caput occultat, Ariſt. 9. de hiſt. Anim.

larem, hortarer, neque tam verbis quam lacrymis perſuaderem, nullius eſſe diſcriminis, non poſtremæ vero laudis, mentem potius quam nomen mutare, culpamque felici emendatione deprecari. Quod certè non planè in deſperato haberem, modò is eſſet, quem à ſceleris meditatione conſcientiæ vis, à periculo formido, conſilium à propoſito reuocare poſſet. Sed, malùm! quam ignoto & latenti gratiam præſtare queas? quem vt iniuria cuiuſquam attingere, ita nec beneficium adiuuare nec correptio percellere peſſimè ſecurum poteſt: In illâ ſcilicet ſtatione, ex quâ faciliùs monitorem diſſimulat, quam iudicem declinat. Interim vero diſſeminata in vulgus libelli infamis calumnia graſſatur, ac tanquam amplæ ſegeti, publicis multò quam priuatis aliàs commodis, periculo-

ſiùs nocet. Non ignoro legum ſeueriorem animaduerſionem perduelles vlciſci aut terrere, cæteros in officio continere, ſed ad tempus: vbi vero iactatæ in plebem conuitiorum tabellæ, tunc orationis adhibenda præſidia ſunt: quæ cum & præſentes afficiat, & poſteros alloquatur, ac erudiat, illius non ſolum vim inſuperabilem, ſed etiam æternam eſſe victoriam neceſſe eſt. Quamobrem aduerſus Eccleſiæ & Reipublicæ inſidiatores, qui dictis ſcriptiſue popularium animos perturbaſſent, non ſolum armatâ manu, ſed etiam linguâ calamóque dimicandum, viris in gubernando ſapientiſſimis non ſemel viſum eſt. Quæ quidem prouincia in Optatum alteri mandata ſi fuiſſet ex ijs, qui doctrinæ facundiæque primas tenent, feliciùs herclè ſucceſſiſſet, niſi fortè ſola mihi velita-

tio commiſſa eſt: facio tamen, nec iniuſſus vt modeſtiæ plurimùm retinuiſſe : nec inuitus, vt ignauiæ nihil indulſiſſe videar. Dubitarem fortaſsè, ſi honeſto pugnandi more perſonâque depoſitâ in palæſtram deſcenderet Optatus : aut cedere aut lædere vererer : At operæ pretium eſt eum à me ignorari, vt totus in materiam ferar : ac ſi quid acerbius dixero, non Auctori, abſens enim vulnerari non poteſt, ſed libro dictum exiſtimetur.

Ac primùm non aliundè ſumendum huius elucubrationis exordium reor, quam à libri totius ſedulò perluſtrati iudicio. Liber equidem eſt, ſi artem ſermonis intuemur, omnium formarum hoc eſt nullius : ſi rerum fucum, artis exquiſitiſſimæ: ſi doctrinam, quotidianæ lectionis: ſi ſtudium & affectum, priuati odij in publicam

iniuriam erumpentis : ſi Scopum ac finem, operis dico, nam Authoris Deus nouit, ad ſchiſma collimat : abeſtque tantum, vt pacis optatus quidam ſit fecialis, qualem ſe ambitiosè prædicat, quin potiùs, vt de quodam mali ominis Feliciſſimo dicebat S. Cyprianus, *ſignifer ſeditionis eſt*. Deploratæ propè improbitatis argumentum eſt, alios facinoris ſui criminari, quibus noceas, eoſque blandâ ſimulatione remedij in præſentiſſimum diſcrimen impellere.

S. Cyprian. epiſt. 39. & 40.

Meminiſſe vero debuerat Optatus quantâ ſapientia S. Baſilius Oecumenicus Doctor in Concilijs nuncupatus, Athanaſium magnum admoneat, de Legatis, qui ad pacem Orientis ab occiduis partibus profecturi erant, *prouidebis*, inquit, *vt cum illi qui mittendi ſunt, volente Deo acceſſerint, non inferant*

S. Baſil. epiſt. ad Athan. φροντιεῖς ὅπως ἀπιόντες ἐὰν ὁ θεὸς θέλῃ, μὴ ἐπαφῶσι ταῖς ἐκκλησίαις τὰ σχίσματα· ἀλλὰ τοὺς τὰ αὐτὰ φρονοῦντας παντὶ τρόπῳ εἰς ἕνωσιν συνελάσωσι.

Eccleſiis ſchiſmata : ſed potiùs vt eos qui idem ſentiunt quauis ratione ad vnionem commoueant, etiamſi quoſdam, peculiares inter ſe diſsidiorum occaſiones qui præ ſe ferant, inuenerint : ne populus Orthodoxus Præpoſitis ſuis cohærens in multas partes diuidatur. Curandum enim omnia paci poſthaberi. Quàm diſſimili conſilio auſcultauit Optatus ! Ecquid enim volumine infando narrat, quod non ſolum tumultum illum Gallicum, qui apud Romanos & formidini & prouerbio erat, ſed etiam Eccleſiæ perturbationem, Galliæ perniciem, orbis denique incendium, vltimámque cladem bellico veluti perſonante minitetur ? omnes ſcilicet mortales impotens ſui ad immane ſpectaculum conuocat; iam hoſtem irruere, prædas agere, ferrum facéſque intentare, libertati, fortunis, ceruicibus

κἂν τινας ἰδίας τῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορῶν ἀφορμὰς εὕρωσιν ἔχοντας, ἵνα τὸ μὴ τὸν ὀρθοδοξοῦντα λαὸν εἰς πολλὰ κατατέμνεσθαι μέρη τοῖς προεστῶσι συναφιστάμενον· πάντα γὰρ δεῖ σπουδάσαι δεύτερα ἡγήσασθαι τῆς εἰρήνης.

Hæc & plura Optatus Paranet. pag. 10. & ſeq. & pag. 39.

cibus denique ipſis imminere, furorem ſimulans aut patiens exclamat. Videre ſibi videtur aut Conſtantij Iulianique recurrentia tempora, aut acceleratum Antichriſti æuum, dum Babylonem Martyrum ſanguine ebriam oculis repræſentat; mœſtam Eccleſiæ faciem, ſqualentem, cruentatam oſtentat: Epiſcopos morti deſtinatos, addictos ac tanquam in extremâ arenâ dedititios traducit. Ad hæc profunda deliria, ſi mihi crederetur, Poëticum illud ſufficeret, *Galle quid Inſanis.*

ἐσχάτους. ἐπιθανατίους. 1. Cor. 4.

Virgil. Ecl. 10.

Verùm ne morbus, vt olim in Abderitas Ciues Theatricus ille furor, in plurimos ſe ſe diffundat: Antiſtites ipſos, quibus Metropolis Pariſienſis grauiſſimæ cenſuræ exemplo præluxit, conſulturos opinor; atque vbi Romam liber leuiſſimus conuolarit, facilè in ſpem

adducor ſummũ Pontificem Vrbanum non tantũ, Sedis verumetiam ſanctitatis ac doctrinæ apicibus ter Maximum, eâdem Gallicanos Præſules adhortatione confirmaturum, quâ Vigilius quondam Papa Aurelianum & Coëpiſcopos recreauit.

Vigil. Pap. ep. ad Aurelianum & Coëp.

Vniuerſis, aiebat, *Epiſcopis innoteſcat, vt nullis, aut falſis ſcriptis, aut mendacibus verbis, aut nuntijs quâlibet ratione turbentur, ſed potius ſicut conuenit, ſectentur, quod Doctor gentium dicit Apoſtolus: Rogo autem vos fratres, vt eos obſeruetis, qui diſſenſiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis.* Quod Apoſtolus ſubijcit, addere pro veritate liceat. *Veſtra enim obedientia per omnem locum diuulgata eſt.*

S. Paul. ep. ad Rom. c. 16.

Interea quoad præſentem diſceptationem attinet, in quâ vtriúſque poteſtatis, quæ à Deo eſt, iura

tam accuratè diſtinguenda quam conferenda ſunt: Deum Optimum Maximum in primis ſummâ cum veneratione obteſtor, vt hanc mihi mentem ſeruet, quam ab arcanis ipſius Oraculis Eccleſiâ interprete hauſi, accepi, hactenúſque ſeruaui. Supremam intelligo in vniuerſis Hierarchiæ rebus, Romani Pontificis; ſupremam in Monarchiæ negotijs Chriſtianiſſimi Principis Majeſtatem; vtramque limitibus ſuis à Deo circumſcriptam, vtramque integram, abſolutam, independentem profiteor. Sic didici, ſic ſentio, ſic veneror: vt à me nihil expectent vtriúſque poteſtatis hoſtes, præterquam ſententiæ ſuæ votóque infenſiſſimum: aduersùs quos præſidij gratiâ, vtque momentum aliquod meis dictis addatur, Concilij Pariſienſis celeberrimi declarationem ex verbis

Concil. Pariſ. VI. ſub Ludouico Pio lib. 1. c. 3.

Digitized by Google

Pontificiis compoſitam in medium producã. *Principaliter totius ſanctæ Dei Eccleſiæ corpus in duas eximias perſonas, in ſacerdotalem videlicet & Regalem, ſicut à ſanctis Patribus accepimus, diuiſum eſſe nouimus: de quâ re Gelaſius Romanæ ſedis Venerabilis Epiſcopus ad Anaſtaſium Imperatorem ita ſcribit. Duo ſunt quippe, inquit, Imperator Auguſte, quibus principaliter mundus hic regitur: Auctoritas ſacrata Pontificum, & Regalis poteſtas: in quibus tantò grauius eſt pondus ſacerdotum, quantò etiam pro ipſis Regibus hominum in diuino reddituri ſunt examine, rationem. Fulgentius quoque ita ſcribit. Quantum pertinet, inquit, ad huius temporis vitam, in Eccleſiâ nemo Pontifice potior, & in ſæculo, Christiano Imperatore nemo celſior inuenitur.*

Gelaſ. ep. 10.

Fulg. lib. de verit. prædeſt. & gratia.

Nulla quidem accommodatior eſſe ratio poteſt ad ſanctiſſimum

Hierarchiæ & Monarchiæ fœdus æternâ religione conſecrandum: quod fruſtra labefactare conatur ominoſus Optatus prolixis illis nœnijs, quas opere faſtidioſo contextas ad quinque ferè capita præcipua accerſere, in promptu eſt. Primo etenim proximos ſchiſmatis in Gallia natales falsò ominatur: deinde Patriarchæ inaugurationem delirat: tertio in duplicem de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ tomum, tanquam in errorum officinam inuehitur: ad hæc contra Regias, quas falsò appellat ab Eccleſiâ exactiones declamat: tandem legem recentem de matrimonij illegitimi pœnis, abrogandam ſuadet. Aduersùs iſtas criminationes mendacijs & conuitijs inſtructiſſimas, totidem actionibus reliquis defenſionem comparamus.

Digitized by Google

Digitized by Google

EX OPTATI PARÆNETICO

Pag. 9.

Schiſmatis cæca diuinatio & falſum Augurium.

RVMOR eſt vbique apud nos ſe ſe diffundens, vires eundo acquirens & neſcio quid peſſimi in Eccleſiam Gallicanam præſagiens, omnia in ſchiſmatis ſtructuram prona eſſe, & antiquiſſimum ac deuotiſſimum Gallorum in ſedem Apoſtolicam ſtudium, etiam difficillimorum temporum turbinibus inconcuſſum iam iam peſſum iri: omnia Patriarcham hoc eſt Papalis dignitatis in Francorum regno aut furem, aut

Digitized by Google

laruam perſonare, mille artibus humani generis hoſtem, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, veſtri Reuerendiſſimi Ordinis viros omnibus modis tentare, vt eos in peſtilentiſſimi Schiſmatis conſenſum adducat. Cui impendenti malo niſi quamprimùm fuerit à vobis prudenter occurſum, Eccleſiam Gallicam poſt Romam fidei faſtigium, Eccleſiarum lumen, ac columen, Anglicanæ Eccleſiæ, in quâ Schiſma hæreſis parens vix vllum Catholicæ Religionis publicum exemplum poſt ſe reliquit, protinus æquandam: dignitates veſtras ſanctiſſimas aut extinguendas aut corrumpendas, veſtros Epiſcopatus in latrocinia vertendos, denique grauiſſimos Eccleſiæ Catholicæ Antiſtites in Politici ſchiſmatis fœdiſſimum ſeruitium commutandos fore vulgatiſſima fama eſt. Vnde tamen adeo horrenda clades, &c.

Schiſmatis

SCHISMATIS SEDITIOSA prouocatio Pag. 11.

VERVM vndequáque hæc peſtis, hæc ruina originem acceptura eſt, non tanti cognoſcere intereſt, quàm ei venienti Apoſtolico Spiritu obuiare, animo in martyrium tempeſtiuè præcipiti, zelo in Chriſti ſponſam, quàm ei virginem caſtam ſeruare deſpondiſtis, quique ex ſcripturæ regula mortis fortitudinem, inferni duritiem ſpiret, omnibus ſanctiſsimis modis obluctari. Niſi muneri veſtro deeſſe, officij veſtri curas ſacratiores abijcere, & quod etiam cogitatu eſt impium, fidem Chriſto datam irritam facere, ſpiritum eius quem myſtica conſecratio abundè in vos effudit, contriſtare,

Digitized by Google

Angelos inuiſibiles Eccleſiæ cuſtodes in capita veſtra illud Prophetæ declamantes audire vultis ; canes muti non valentes latrare. *Satis enim & pluſquam ſatis vobis perſpectum eſt, quibus artibus à duobus, vel tribus annis coniecta ac effuſa in* Sedem Apoſtolicam ſceleratiſſimæ defectionis ſemina; *quibus conſilijs tentati vel probati omnium veſtrûm animi ; vel conatibus impiorum manus auxiliares darent: imo etiam, vt ſub veſtri Reuerendiſſimi nominis auſpicijs, atque totius Gallicani Cleri querelæ prætextu, rebellio zeli ſpeciem, impietas pietatis nomen, Catholicorum oculis atque auribus mentiretur. Satanam & cogitationes eius cum Paulo dignoſcitis, eius altitudines;hoc eſt profunda conſilia ſimplicium ac vulgarium hominum mentibus minimè peruia cum Ioanne, qua luce Chriſtus vos donauit perſcrutamini;*

Iſai. 56.

ita vt nullus iam veſtris animis apud Deum excuſationi locus ſuperſit, ſi detectis quæ in Eccleſiam ſtruuntur inſidijs, *aut metus latebras, ſpes diſſimulationem, carnalis ſapientia ſilentium, aut quod omnium peſſimum eſt impietas tam nefarij ſchiſmatis conſenſum, ac patrocinium vobis conſulat, aut perſuadeat. Quid inſidias loquor? Imò tubam aduerſus Petri Religioſiſſimam Sedem bella cientem, & venenata dogmata perfundentem dicere debeo. Quid igitur viri optimi ſtatis tota die otioſi, ſi ita mihi cum Euangelio loqui fas eſt? quid iam iam irruente hoſte non expergiſcimini? vos, inquam, quos ſpeculam dedit Deus domui Iſraël, quos conſtituit ſuper muros Hieruſalem cuſtodes,* &c. *Igitur toti ex Apoſtolo armati & Armandi*, &c. Plura in ſequ. & præſertim ſub finem vbi Epiſcopos ad imminens martyrium parat. *Quid*

Digitized by Google

ſi inde grauis perſecutio ceruicibus veſtris immineat? quid ſi in bona, in famam, in animas etiam veſtras ſacratiſsimas ſchiſmatis auctor, quicumque ille eſſe poteſt, vltore animo omnia perſecutionum machinamenta conuertat? Exilia, degradationes, carceres, toxica, gladios, cruces, membrorum confractiones minetur, aut etiam ſub ſpecie iuris intentet? beati eritis ſi quid propter iuſtitiam patimini; beatiſsimi ſi Epiſcopatus merita Martyrij conſummet fortitudo: ſanguinis pro Chriſti Redemptoris ouili fuſi gloria coronet immortalis. In ea enim tempora nati eſtis, quibus Epiſcopos oportet confirmare animum conſtantibus exemplis. Hæc vobis precatur, Illuſtriſsimi ac Reuerendiſsimi Antiſtites, dignitatis veſtræ humillimus & obedientiſsimus filius Optatus Gallus. Lugduni Cal. Ian. an. 1640.

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS.

ADVERSVS PARÆNETICVM Optati Galli Pſeudonymi.

De falſo Schiſmatis augurio.

NON eſt nouum & inuſitatum jis, qui ſummum aliquod malum in Rempublicam inuehere meditantur, ſuſpicionem facinoris in alios ab impietate ſua perquamalienos conijcere : atque vbi faces & tela coniurationis ſuo tempore volitatura diſpoſuerint, ſparſis rumoribus, quibus ciuium mẽtem explorent & corrumpant, futuræ do-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

lo ſuo cladis ortum, eruptionémque improbè vaticinari. Quâ quidem arte maleficos illos ſpiritus imitantur qui nunquam aptiùs, quod rarò ſolent, futura prænuntiant, quàm ea prodigia & piacula prædicendo, quorum ipſi auctores impulſores, aut adminiſtros præſtare ſe ſe maximè ſtudent. Optatum Gallum neque de facie noui, neque ex animo iudico: ſed vt verum fatear, Parænetici ipſius talis eſt Genius vt cum portentoſi Schiſmatis inuidiam alijs conflare velit, illiúſque funeſtam originem temerè auguretur; nihil porrò aliud quàm quod in votis præcipuè habeat, non diuinare ſolùm, ſed etiam moliri ac ſtruere videatur. Si te tragico more, quem ſæpè ad faſtidium æmularis, alloqui vellem, dicerem Optate: conſpexiſſem vtinam, quo vultu, quâ mentis, capitiſque iacta-

S. Auguſtin. lib. 2. de Geneſ. ad lit. nefandi ſpiritus etiam quæ ipſi facturi ſunt veluti diuinando prædicunt.

tione, quo dementiæ motu ac ardore, non veri, quem ementiris, ſed Phrygij Galli inſtar, hæc oſtenta parturiebas animo! Quantam enim vim & agitationem incuti oportuit, vt cum horumce nihil occurrat, propinqua tamen omnia audire, cernere, ſentire te ſignifices? *Inſidias, veneficia, latrocinia, incurſiones*, hæc enim vniuerſa tua ſunt, *machinas, gladios, cruces, tormenta*, ſtragis denique aceruos, cruoriſque riuos, tanquam perſonarũ omnium cothurnatus actor in ſcenâ domeſticâ repræſentas. Reuixiſſe credebam initio bacchantem illam Athaliam, quæ excisâ penè ſtirpe regiâ, cum ipſa tyrannidem occupaſſet, *Videns Regem Ioas ſtantem ſupra gradum templi, quem Ioiada Pontifex & filij eius vnxerant, & Principes turmas circa eum, omnémque populum terræ gaudentem, atque clan-* Lib.2. Paralip.c.23.

Digitized by Google

gentem tubis & diuerſi generis organis concinentem, vocemque laudantium, viuat Rex: ſcidit veſtimenta ſua, & ait, Inſidiæ, Inſidiæ. Ecce expreſſam tibi Galliæ imaginẽ in quâ LudouicumRegem optimum Pontifices, Principes, Optimates, populi denique pacatiſſimi ſingulari fide & obſequio colunt, certatimque venerantur. Vnus Optatus id non videt, aut non optat, potiùs, ac inuidet: Inſidias ſuſpicione, conſpirationem ſimultate, proximámque ſeditionem odio fingit. Ego verò ſtuporem tuum interpello, ſchiſmatis faber quiſquis es, eúmque in patriæ defendendæ argumentum arripio: ſtuporem inquam illum, quo toties ignorare tute fateris quæ tam inuerecundè dicas: nempè, *Vnde adeò horrenda clades Galliæ noſtræ* (quam ſcilicet egregiè prodis) *minas intentet, vix perſpicere valeo.*

Optatus pag. 10. & 11.

valeo, vnde diaboli furor in nos tonet, in quâ nube, & quibus flatibus, atque exhalationibus fulgura, & fulmina quamprimùm vnitatem Eccleſiæ diſciſſura, & percuſſis Paſtoribus palantes oues necatura componit, vix conijcere valeo: Aſſeris tamen quamprimùm id affuturum, imminere clamas, & vides *hoſtem irruentem*: dicerem te fulmine illo, quod è nubibus cœlo licet ſereno accerſis, attonitum ac velut ſideratum, ſi forſan ſileres: ſed dum adeò pugnantia loqueris, furere te hunc furorem ſino, cum lymphatis aut ægrotis veteribus, qui nunquam grauiùs perorant quàm cum omnibus immotis atque conſiſtentibus, terram tamen concuti, ſolem ruere, omniáque igne permiſceri non ſolùm credunt, ſed etiam minimè credentibus iraſcuntur. *Pag. 12.*

Verum hæc proluſiſſe ſufficiat:

nunc decretorijs armis Optatum adoriri tempus. Nos autem non illius more ariolamur, hoc enim ſcelus eſt; nec ea quæ coniecturam etiam repellunt pro certis exploratiſque captamus: at perſpicuis omnino inuictiſq; rationibus Galliam verè noſtram non ſolùm à crimine, ſed etiam à Schiſmatis ſuſpicione penitus immunem eſſe, vniuerſo teſtatum orbi facimus.

Lib. 1. Samuel. c. 15. peccatum ariolandi.

Ac primùm vnitatem Eccleſiæ multò caſtiùs credimus, multò fortiùs propugnamus quàm Optatus explicarit in illâ intricatâ diſputatione, quàm magno tamen hiatu tanquam è tripode; omnia enim illius ſacrum quemdam furorem ſonant, non tam loquitur, quàm eructat.

Parum tamen diligens Theologus, qui *inter Patrem & Filium vnitatem eſſentiæ, ſcientiæ & charitatis*

Digitized by Google

triplicem eſſe philoſophatur. Audiamus Sapientiæ vocem in adytis Sorbonæ aliter perſonantem. Eſt in Deo, tres inter perſonas, vnitas Eſſentiæ, vnitas Scientiæ, vnitas Charitatis; nec ſatis eſt, Optate, quid enim celas? quid imminuis? imò adde, vnitas Veritatis, Bonitatis, Potentiæ, Iuſtitiæ, ac cæterorum, abſoluta quæ vulgò attributa nuncupantur, omnium eſt vnitas: at illa toties cogitata repetitáque nunquam Theologorum ore dicitur, more tuo vnitas triplex, aut multiplex, ſed vnitas ſimplex: nihil enim triplex in diuinâ poteſt admitti, ne quidem inter hypoſtaſes quantumuis diſtinctas & oppoſitas, vt Concilia ſanxêre, ſcripſêre Patres, Magiſtri promulgauêre. Sed hæc vel ipſi ſcholæ Neoptolemi tecum decidant, quibus te nunquam niſi per eam, quæ tibi familiaris eſt

Concilium Toletan. XI. S. Dionyſ. de diu. nom. S. Aug. lib. 6. de Trinit. Bernard. lib. 5. de cõſider. S. Thom. 1. part. q. 30. art. 1.

minimè proprij ſermonis figuram excuſabis.

τὶ ἄκωον Ecquid autem ex illâ tam malè ſcilicet enumeratâ, quam perperam diuisâ vnitate triplici colligere tentas? compoſitæ ſuum ad exemplar Eccleſiæ triplicem, inquis, vnitatem; vnitatem corporis, fidei, ſpiritus. Præclarum quidem acroáma ſed non integrum: ex Paulo ſcilicet, de cuius pectore, vt Veteres dicebant, tanquam de templo quodam Dominus loquebatur, ne dimidiam quidem veritatem excerpſiſti, quo loco dixit, *vnum corpus & vnus ſpiritus*: Enimuerò cur reliqua contemnis? & quod acceperas, præter contextus ordinem adijciens, *vna fides*: cur non adijcis, quam ille ibidem commemorat, vnitatem Spei, vnitatem Vocationis, vnitatem Baptiſmatis, vnitatem Agnitionis, ac denique vnitatem omnium? Re-

Apud Fauſtum Rhegienſ. ep. 1.

Ad Epheſ. c. 4.

Digitized by Google

uerà enim in Eccleſiâ non vnius tantùm aut alterius, ſed omnium vt communio, ſic vnitas eſt capitis, corporis, ſpiritus, virtutum, chariſmatum, gratiarum, myſteriorum: quam ex celeſtis Apoſtoli doctrinâ ſolertiſſimè Tertullianus expreſſit. *Extranei non ſunt*, inquit, *cum quibus communicamus ius pacis & nomen fraternitatis. Vna nobis & illis fides, vnus Deus, idem Chriſtus, eadem Spes, eadem lauacri Sacramenta. Semel dixerim vna Eccleſia ſumus: ita noſtrum eſt quodcumque noſtrorum eſt.* Magnificentiùs in hunc modum de vnitate Eccleſiæ ſcribimus, quàm ſenſerit Optatus, qui illam in anguſtias ingenij ſui redactam miſerè coarctauit.

[illegible], Cyrill. de fide ad Theodoſ.

Tertull. lib. de veland. virginib.

Sed quid præterea? ſi vnum corpus Eccleſia, vnum Eccleſiæ caput eſſe neceſſarium eſt. Optimè. At quodnam illud? Summus Pon-

tifex, inquis, ita eſt omnino. Verùm aliquid antiquius & ampliùs dicimus, nimirum; Caput illud Petrus eſt ſecundò, ſed primò Chriſtus quem obmiſiſti: vt enim ait diuinus

S. Paul. ad Coloſſ. cap. 2.

Apoſtolus, *fruſtra inflatur ſenſu carnis ſua non tenens Caput, Chriſtum, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones ſubminiſtratum & conſtructum creſcit in augmentum Dei.* Atque adeò nobis longè illuſtrior ſententia eſt; caput enim vnum Eccleſiæ penes nos, & Chriſtus eſt in Petro, & Petrus eſt in Chriſto: quod ſanctioris doctrinæ effatum S. Leo Papa ad Epiſcopos Gallicanos ſcribens ita pronuntiat: *Petrum*, inquit, *Apoſtolorum omnium ſummum, in conſortium indiuiduæ Vnitatis Dominus aſſumpſit.* De Capite itaque Eccleſiæ plenior nobis eſt fides, Optato doctrina anguſtior, at audacia proiectior.

Digitized by Google

Inſurgis enim Optate aduersùs Eccleſiæ Patriæque tuæ fidem, illámque tanquam nutantem, imbecillem, ac in Schiſmatis hæreſeoſque ruinam inclinatam ſæuiſſimâ calumniâ orbe toto audiente, coram ſummi Pontificis tribunali, tanquam ream & atratam, non tantùm ſiſtis, ſed torques; non vrges, ſed laceras; non impugnas modò, ſed opprimis. Sperabas igitur tam facilè Romæ omnium Parentis oculos aditu primo poſſe præſtringere; vt illa tot ſæculis ſibi impreſſam Eccleſiæ Gallicanæ, tanquam germanæ, primæque prolis imaginem, quamuis contumeliâ tuâ fœdatam minimè agnoſcat? illius, putas, elogij repentè obliuiſcetur, quod ab ore Stephani Pontificis profectum monumentis æternis conſignauit? *Gens illa*, inquiebat, *ab initio naſcentis Eccleſiæ Catholicis ſemper aſſueta*

Stephani III. ep. 2. Pipino.

dogmatibus, quæ Apoſtolo Dei Petro prima extitit. Quam perpetuæ ac nunquã inter morituræ laudis materiam excoluit inuictâ animi fideique conſtantiâ, quâ in reprimendis Schiſmaticorum conatibus Eccleſiæ Romanæ ſemper auxiliares manus obtulit, ſemperque victrices. Hiſtoriam fideliſſimam huius rei teſtem ac interpretem paucis aduocandam reor: quam abſque recentiorum iniuriâ, quorum laborem intactum relinquimus, ex ipſis auctorum veterum manibus, quibus nonnunquam aſſueuimus excipere liceat.

S. Iren. lib. 3. c. 3. vbi primus latinorum Patrum Romanam Eccleſiam mirificè tuetur, ac extollit.

Nemo ex Latinis Patribus antiquior ac doctior Irenæo Lugdunenſi Antiſtite Romanam Eccleſiam defendit, ornauit ac velut triumpho inuexit: aduersùs eos, *qui per cæcitatem, vanam gloriam, ſui placentiam, aut malam ſententiam, præterquam*

oportet, colligebant, hoc eſt contra Schiſmaticos in conuenticulis Synaxim celebrantes. Vbi verò periculoſiſſimum poſt Eccleſiæ tempora Donatianæ partis ſchiſma ingruit, illud quidem Carthagine oppugnari, Romæ conuinci oportuit. Verùm quo tempore aduersùs Romanam etiam Eccleſiam erigi cœpit, in Arelatenſi Synodo illud conficí Deus voluit; quâ de re noſtri præ cæteris Antiſtites ad Syluestrum, *maiores diœceſes tenẽtem*, ſcripſerunt. *Communi copulâ Charitatis & vnitate Matris Eccleſiæ Catholici vinculo inhærentes; te, glorioſiſſime Papa, commeritâ reuerentiâ ſalutamus. Vbi graues, ac pernicioſos legi noſtræ, atque traditioni effrænatéque mentis pertulimus, quos & Dei noſtri præſens auctoritas & traditio, ac regula veritatis ita reſpuit, vt nulla in illis, aut dicendi ratio ſubſiſteret, aut*

Epiſt. Syden. Concilij Arelat. an. 314. quâ & Baron. agnoſcit.

accuſandi modus vllus, aut probatio cõueniret, ideò IVDICE DEO ET MATRE ECCLESIA, quæ ſuos nouit, aut cõprobat, aut damnati ſunt, aut repulſi, &c. Neque minùs profectò glorioſum duco, quod Innocẽtius I. Epiſcoporũ Galliæ opem implorat, ad extinguendũ iam in Hiſpaniâ natũ Schiſma, *quod*, inquit, *per dies ſingulos ſtudio contentionis augetur, cum obtinendi propoſito vnuſquiſque quod voluit, æternum orbem mali, & circulũ quẽdam de tali animoſitate fecerunt.* S. Leo teſtatur fidei profeſſionem Epiſcoporum Eccleſiæ Gallicanæ, qui Pontificiam Sedem primũ ſub Apoſtolatus nomine ſalutarunt; ſéque illius ſuſceptos, cultores, veneratoréſque dixerunt, pacem Orientis & Hiſpaniarum fidem plurimùm adiuturam. Sed veniamus ad inteſtinum Romanæ Eccleſiæ, vrbiſque diſſidium, quod in

Innoc. I. ep. 13.

Symmachũ Anaſtaſij hæretici Imperatoris ſcelere conflagrauit: cum Fauſtus Senator, Laurẽtium quemdam corruptis pecuniâ factioſis ei oppoſuiſſet, mox Pontifex omnium ope deſtitutus, falſique criminis delatus, inferiorum iudicio ſubiectus eſt: non tulerunt æquo animo Gallicani Antiſtites, primæque Sedis iura quàm animosè vindicarunt, Auito eorum nomine ſcribente. *Dum de cauſſa Romanæ Eccleſiæ anxij nimis, ac trepidi eſſemus, vtpote nutare ſtatum noſtrum in laceſſito VERTICE ſentientes, quos omnes vna criminatio vtiq; ſine inuidiâ multitudinis percuſſerat, ſi ſtatum Principis obruiſſet: perlata eſt ſollicitudini noſtræ ab Italiâ in exemplaribus ſacerdotalis forma decreti, quam de Papa Symmacho apud vrbem collecti Antiſtites ediderunt. Quam conſtitutionem licet obſeruabilem numeroſi,*

Auitus Vienn. in ep. ad Fauſtum & Symmachum Senatores. vide & Ennodiũ in Apolog.

reuerendique Concilÿ reddidit aſſenſus : intelligimus tamen ſanctum Symmachũ Papam, ſi ſæculo primùm fuerat accuſatus, Sacerdotum ſuorum ſolatium potius, quàm recipere debuiſſe iudicium : quia ſicut ſubditos nos eſſe terrenis poteſtatibus iudex arbiter cæli ſtaturos nos ante Reges & Principes in quâcũque accuſatione prædixit : ita non facilè datur intelligi, quâ vel ratione, vel lege ab inferioribus eminentior iudicetur. Si profũdo illo tractatus veſtri conſilio rem videtis, non ea tãtum, quæ Romæ geritur cauſſa cogitãda eſt. In ſacerdotibus cæteris poteſt, ſi quid fortè nutauerit, reformari : at ſi PAPA VRBIS vocatur in dubium Epiſcopatus, iam videtur non Epiſcopus vacillare.

Quantùm ad Gallorum verò Reges pertinet, ſimul atque fidei lumen ipſis affulſit, non inferiora pietatis ſigna erga Sedem Principem edidêre : quibus auſpicium fecit

Clodoueus, bello aduerſus Alaricum Gothorum etiam in Hiſpaniâ Regem,[a] Religionis cauſsà ſuſcepto, à quo manu propriâ interfecto ſpolia opima reportauit, coronámque auream ſibi ab Anaſtaſio Imp. honorificè miſſam Hormiſdæ Pontifici,[b] ſolemni ſuæ Succeſſorúmque fidei ſponſione, obtulit. Vnde à Childeberto eius filio Vigilius Pontifex præſidium impetrauit *Catholico Regi conueniens, quo prohibitus eſt Gothorum Rex, ne ſe in Eccleſiæ Romanæ præiudicio, quippe velut alienæ legis immiſceret, & aliquid faceret, aut fieri quâlibet ratione permitteret, vnde Catholica poſſet Eccleſia perturbari.* Multis poſt diebus eidem Vigilio Epiſcopi Galliæ plurimùm ſolatij ac opis attulerunt, Quo tempore ab Imperatore oppreſſus clamabat, *Conteſtor, quia etſi captiuum me tenetis, beatum Pe-*

[a] *Gregor. Turon. lib. 2. hiſtor. &* [b] *Anaſtaſ. bibl. in Hormidâ.*

Vigilius ep. ad Aurelian. & Coëpiſcopos.

trum Apoſtolum captiuum facere non poteſtis. Childeberti eiuſdem, *piam affectionem, fidelitatem in Deum, Chriſtianam deuotionem, atque erga ſanctam Eccleſiam vniuerſalem præſidium magnificè prædicat* S. Gregorius, à quo Regnum Galliæ hoc encomium, quod in omnium ore verſatur, promeruit. *Quantò cæteros homines Regia dignitas antecedit, tantò cæterarum gentium Regna Regni veſtri profecto culmen excellit. Eſſe autem Regem quia ſunt & alij, non mirum eſt, ſed eſſe Catholicum quod alij non merentur, hoc ſatis eſt. Sicut enim magnæ lampadis ſplendor in tetræ noctis obſcuritate luminis ſui claritate fulgeſcit: ita fidei veſtræ claritas, inter aliarum gentium obſcuram perfidiam rutilat, ac coruſcat. Quicquid autem Reges ſe cæteri gloriantur habere, habetis. Sed ipſi in hac re vehementiùs ſuperantur*

Gregorius lib. 5. ep. 53. & alijs ad Childeb.

Digitized by Google

quoniam hoc principale bonum non habent, quod habetis? Quia igitur ſinceritatem fidei & mente ſeruatis & opere, B. Petri Apoſtolorum Principis amor, qui in vobis eſt, euidenter oſtendit, cuius res Chriſtianæ Religionis intuitu, ſub veſtri culminis poteſtate benè hactenus gubernatæ, & conſeruatæ ſunt. Gallicanis vero Epiſcopis, Zacharias Pontifex poſtea gratulatur. *Gaudeo in vobis, Chariſſimi, quoniam fides veſtra, & vnitas erga nos pretioſa eſt, & manifeſta, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.*

Quandoquidem verò prætermittere multa neceſſe eſt, delabimur ad ea ſæcula, quibus alteram Chriſtianiſſimorum Regum progeniem ad perpetuam S. R. Eccleſiæ defenſionem ſurrexiſſe, vixiſſeque, defixa in ipsâ æternitate trophæa concelebrant. Oſtentant illa nobis ge-

trum Apoſtolum captiuum facere non poteſtis. Childeberti eiuſdem, *piam affectionem, fidelitatem in Deum, Chriſtianam deuotionem, atque erga ſanctam Eccleſiam vniuerſalem præſidium magnificè prædicat* S. Gregorius, à quo Regnum Galliæ hoc encomium, quod in omnium ore verſatur, promeruit. *Quantò cæteros homines Regia dignitas antecedit, tantò cæterarum gentium Regna Regni veſtri profectò culmen excellit. Eſſe autem Regem quia ſunt & alij, non mirum eſt, ſed eſſe Catholicum quod alij non merentur, hoc ſatis eſt. Sicut enim magnæ lampadis ſplendor in tetræ noctis obſcuritate luminis ſui claritate fulgeſcit: ita fidei veſtræ claritas, inter aliarum gentium obſcuram perfidiam rutilat, ac coruſcat. Quicquid autem Reges ſe cæteri gloriantur habere, habetis. Sed ipſi in hac re vehementiùs ſuperantur*

Gregorius lib. 5. ep. 53. & alijs ad Childeb.

quoniam hoc principale bonum non habent, quod habetis? Quia igitur ſinceritatem fidei & mente ſeruatis & opere, B. Petri Apoſtolorum Principis amor, qui in vobis eſt, euidenter oſtendit, cuius res Chriſtianæ Religionis intuitu, ſub veſtri culminis poteſtate benè hactenus gubernatæ, & conſeruatæ ſunt. Gallicanis vero Epiſcopis, Zacharias Pontifex poſtea gratulatur. *Gaudeo in vobis, Chariſſimi, quoniam fides veſtra, & vnitas erga nos pretioſa eſt, & manifeſta, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.*

Quandoquidem verò prætermittere multa neceſſe eſt, delabimur ad ea ſæcula, quibus alteram Chriſtianiſſimorum Regum progeniem ad perpetuam S. R. Eccleſiæ defenſionem ſurrexiſſe, vixiſſeque, defixa in ipsâ æternitate trophæa concelebrant. Oſtentant illa nobis ge-

nerоſum Principem ab Aſtulpho Italiæ tyrannidem occupante, geminæ expeditionis victoriâ comite redeuntem, Stephani Papæ manu conſecratum, cui operis antiqui marmore Rauennæ poſitum eſt elogium. *PIPINVS PIVS PRIMVS AMPLIFICANDÆ ECCLESIÆ VIAM APERVIT.* Idem poſteà à Paulo Pōtifice. *Nouus Moyſes, nouúſq; Dauid Chriſtianiſsimus à Deo protectus, ſancta Dei Eccleſiæ tutor, & liberator appellatur.* Quid magnū commemorem Carolū, alterum Cōſtantinum, cuius palmis Hiſpania ab infidelibus liberata, cuius titulis Italia à tyrannis vindicata, cuius in Eccleſiam meritis hiſtoria non ſufficit? quem, quod Leo tertius, ab eo vrbi, ſolioque reſtitutus, Adalgiſo & Deſiderio deuictis, eorúmque rebus Eccleſiæ Romanæ addictis, & ſchiſmate

v. Stephan. II. ep. ad Pipinum.

Apud Papi. Maſſon. lib. 2. Annal. præcedente tamen Martelli exemplo.

Paul. Pontif. ep. 6. & 10. ad Gallos vniuerſos.

Hadrian. Pap. ep. 1. ad Carol. M. Ecce nouus Chriſtianiſsimus Dei Cōſtātinus Imperator per quem omnia Deus ſanctæ Eccleſiæ beatiſsimi Apoſtolorū Principis Petri, largiri dignatus eſt.

propinquorum Adriani extincto, toto corpore perunctum Imperatorem coronauit, non tam illuſtre exiſtimo, quã quod in ampliſſimâ Synodo, *Chriſtianiſsimus Rector veræ Religionis, & defenſor ſanctæ Dei Eccleſiæ*: atque vt ab Ethnicis ipſis. *Pater orbis, à populo Chriſtiano non Rex, ſed Sacerdos propter ſanctæ Eccleſiæ exaltationem nuncupatus eſt*. Neque degenerem ſe præbuit, huiuſque gloriæ titulis indignum Ludouicus Pius, Italiæ & Hiſpaniæ contra infideles protector inuictiſſimus, qui paterno teſtamento, ſimul ac exemplo ſuſceptam Eccleſiæ Romanæ tutelam, quaſi per manus liberis eximiè commendauit. *Super omnia autem iubemus atque præcipimus, vt ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ ſancti Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam à proauo noſtro Carolo, & auo noſtro Pipino, & beata*

Conſtantin. Manaſſ. in Annal. χάν. κεφαλῆς ποδῶν ἐλαίῳ τὸν τοῦτο χρίει.

Concil. Moguns. an. 813.

Monachus Engoliſm. in vit. Carol. Edit. Pith.

Ludouic. Pius in præcepto de diuiſione regni.

memoriæ genitore noſtro Carolo Imperatore, & à nobis poſtea ſuſcepta eſt. Poſteri laudatiſſimè obſecuti, imitati ſunt: Carolus Caluus in primis: quem *decentiùs ac præſtantiùs quam Ioſeph Saluatorē mundi* à Deo conſtitutum dicit Ioannes VIII. cuius ſepulchro inſculptum inter cætera hoc elogium. ROMÆ PATRONVS. Illius Capitulare ſic incipit: *Vt ſancta Romana Eccleſia ſicut eſt caput omnium Eccleſiarum, ita ab omnibus honoratur & veneretur; neque quiſquam contra ius, & poteſtatem ipſius aliquid iniuſtè agere præſumat: ſed liceat ei debitum tenere vigorem, & pro vniuerſali Eccleſiâ debitam exercere curam. Vt honor Domno & ſpirituali Patri noſtro Ioanni Summo Pontifici & Venerabili vniuerſali Papæ ab omnibus conſeruetur: & quæ ſecundum ſacrum miniſterium ſuum au-*

In Concilio Rom. an. 877.

In æde Mediolan.

An. 876. *in Palatio Ticinenſi* v. & *Concil. Trecenſ. an.* 878. *Flodoard. lib.* 3.

ctoritate Apoſtolicâ decreuerit, cum ſummâ veneratione ab omnibus ſuſcipiantur, & debita illi obſeruantia in omnibus conſeruetur. Hunc Ioannẽ VIII. à Lamberto, & Adalberto Comitibus, alijſque exagitatum ſuſcepit, fouitque Gallia, Ludouico Balbo regnante, qui ab eo renuntiatus Imperator, multis erga eum beneficijs certauit. *Ado Vienn. in Chron.*

Mittimus reliqua Caroli tertij erga Formoſum & Ioannem, Ludouici erga Stephanũ religionis ac pietatis officia. Hugonis Magni proſapiæ Regum noſtrorum Principis obſeruantia, erga Ioannem xv. initio imperij, nos vocat, *Cui honorem & obſequia debita & feruentiſsima ex integro affectu profitetur*, & quod fortaſsè nunc temporis neceſſarium eſt, adijcit, *Obſeruãda ſuperaddimus, vt mihi meiſque iuſta decernatis, nec dubia pro certis recipiatis.* Philippus *Hugonis ep. ad Ioan. xv.*

Digitized by Google

Rex Paſchali II. ab Henrico IV. & V. Imp. vehementer afflicto in Galliam confugienti obuiam venit, adoránſque, ac dextram porrigens vniuerſum Regnum aduersùs quatuor Antipapas ipſius obſequio deuinxit. Genti etiam ſuæ, necnon Ludouico Craſſo Regi luculentum encomium concinnat Epiſtola Yuonis Carnotenſis Epiſcopi ad Paſchalē. *Nouit Veſtra Paternitas, quia Regnum Francorum præ cæteris Regnis Sedi Apoſtolicæ ſemper fuit obnoxium, & idcirco quantùm ad ipſas perſonas Regias pertinuit, nulla diuerſio fuit inter Regnum, & ſummum Sacerdotium. Quia ergo Rex Francorum erga Eccleſiam Dei eſt deuotus, & Sedi Apoſtolicæ beneuolus, petimus & conſulimus, vt à beneuolentiâ eius nulla vos ſurreptio ſubtrahat, nulla perſuaſio diſtinguat. Nouit enim, Veſtra Paternitas, quia*

v. Epiſtolam Gregorij VII. ad Philipp. lib. I. ep. 75. vbi multa de famoſiſſimis Apoſtolicæ Sedis dilectione, Regibus.

Yuo Carnot. ep. ad Paſch.

cùm Regnum, & Sacerdotium inter ſe conueniunt, benè regitur mundus, floret, & fructificat Eccleſia. Sequentium Pontificum Gelaſij præſertim, & Calixti ſecundi aduersùs Henricum Imper. inueſtituras vſurpantem, propugnator acerrimus idem Ludouicus extitit; ſub quo duo Concilia Gallicana Remenſe, & Viennenſe Legatis moderantibus, iniuſtiſſimum Principem rerum ſacrarum vſu interdixere. Rex ipſe exercitu numeroſiſſimo iuxta & fortiſſimo, ex ducentis militum millibus conflato Cæſarem exterruit, fugauit, redactóque in ordinem Mauritio ſchiſmatico Epiſcopo Braccarenſi, Henrico imperium, Henricum Calixto, Calixtum Concilio Oecumenico, tribus ferè ſæculis expectato coniunxit. Accidit poſtea vt Innocentius II. factione & ſchiſmate Petri Leonis vr-

Sugerius Abbas in vitâ Ludouici Craſſi, tutū inquit, & approbatum Eccleſiæ aſylum, &c.

Concil. Lateran. an. 1119.

S. Bernard. ep. de rebus geſtis in Concil. Carnot. & 125. 126.

Bernard. Abbas Bonaual- lis lib. 2. de vit. S. Bernardi c. 1.

Innoc. III. reſcript. ad Epiſcopos.

be expelleretur : exulantem ſponte vocat Gallia, Aſylumque periclitanti offert ſola terrarum, erga Parentem Optimum, officioſa: *Neque enim Francia*, ait alter Bernardus Abbas, *cæteris regionibus procliuibus ad ſchiſmata, aliquando tali factione fœdata eſt, nec malignorum acquieuit erroribus, nec fabricata eſt in Eccleſiâ idolum, nec venerata eſt in Cathedrâ Petri, monſtrum.* Alexander verò tertius ab eodem Ludouico Iuniore contra Victorem Antipapam auxilium accepit, & poſt celebratas Synodos duas Claromontanam, & Turonenſem, in vrbem ac ſedem triumphali propè apparatu migrauit. Meliora expertus eſt tempora Innocentius Tertius eruditionis, prudentiæ, felicitatiſque ſummæ Pōtifex, at licet opis non indigens, quanta animi ſignificatione de Philippo Auguſto, eiuſ-

que imperio loquitur. *Philippum, inquit, Regem Francorum Illuſtrem, de corde puro & conſcientiâ bonâ, & fide non fictâ diligimus, & ad honorem, & profectum, & incrementum ipſius efficaciter aſpiramus, exaltationem Regni Francorum, ſublimationem Apoſtolicæ Sedis, reputantes.* Manebat illa neceſſitas auxilij depoſcendi Vrbanum V. quem S. Ludouicus contra Manfredum Friderici naturalem filium, potentiſſimè tutatus eſt. Manebat Gregorium IX. qui opem illius contra Imperatorem poſtulans, eum, *præcipuum & chariſsimum Eccleſiæ filium*, ſpeciale ſubſidium, refugium ſingulare vocat. Manebat Innocentium IV. qui à Friderico acerbiſſimè vexatus in Galliam ſeceſſit, atque ex Lugdunenſi Concilio Imperatorem, qui olim etiam Ludouico inſidiatus fuerat, tanquam ex arce munitiſ-

Nangiacus in vit. S. Ludouic.

Greg. IX. in Bull. ad S. Lud. an. 1239

Concil. Lugdun. 1. ann. 1245.

Digitized by Google

Ioinuill. in vit. S. Ludouici. cap. 16.

Concil. Lugd. ſec. an. 1274.

ſimâ, ac velut de cœlo tetigit: ſanctiſſimo Rege protegẽte, quem, *ſolicitum Eccleſiæ defenſorem*, iure vocatum expertus eſt. Philippus III. Gregorium X. in Concilium Lugdunenſe ad Orientis ſchiſma componendum accedentem, perhonorificè exceptum multis rebus adiuuit: Petrumque Regem Aragonum, Siciliæ Regnum inuadentem Martino IV. excitante vltus eſt.

Optatus pag. 17.

Mariana lib. 15. c. 1.

Paul. Æmyl. in Philipp. Pulch.

Hanc tot benè in Sedem Sanctiſſimam meritorum ſeriem abrumpere geſtit Optatus frigidâ illâ, & importunâ obiectione Philippi Pulchri, in Bonifacium VIII. quem Hiſtoricus Hiſpanus imperioſum Pontificem vocat, paulò offenſioris. At fruſtra, præterquamquod enim multa in huius diſcordiæ conflagrationem vltrò citróque ab æmulis conficta ſunt, quales præſertim Epiſtolæ illæ conuitioſæ, quæ vul-

gò

gò circunferuntur : meminiſſe potiùs debemus concordiæ, cultus, & obſequij, quod Princeps ille Benedicto XI. Clementi V. ipſique adeò Sedi impenſiſſimè exhibuit, tum etiam ſententiæ Cōcilij Oecumenici Viennenſis, à quo cum Philippus Bonifacij memoriam abrogari poſtulaſſet; id quidem non eſt præſtitum. *Verùm declarauit, & firmauit decreto Concilium, quod quâcumque de cauſsâ Rex offendiſſet Bonifacium Papam, ſeu Eccleſiam, nullo vnquam tempore poſſet ipſi Regi, vel eius filijs, & hæredibus aliquid damni inferri, vel pœna.*

Benedictus XI. Regem etiam non petentem abſoluit, ait, Thomas Valſingham in hypodigm. Neuſtriæ.

S. Antonin. 3. p. tit. 11. cap. 3.

Pergamus. Ludouicus X. Galliæ Rex ſchiſma prohibuit ante Ioannis XXII. electionem, ab omnibus reformidatum: eundémque Pontificem à Ludouico Bauaro ſchiſmatico, Romanorum Rege crudeliſſimè vexatum, inductóque Nicolao

Nicolaus ipſe in Palinodia.

Villaneus lib. 9.

Digitized by Google

quodam iniquiſſimè expulſum, Carolus IV. quàm humaniter exceperat, tam ſtrenuè propugnauit: quod & Philippus poſteà Valeſius non perfunctoriè geſſit. Cæſareorum quoque aſſeclarum Marſilij Patauini, & aliorum libri ſummam Imperatori in Eccleſiâ auctoritatem nefariè, & abſurdè vendicantium à ſacrâ Theologiæ facultate Pariſienſi, animaduerſione iuſtiſſimâ hæreſeos damnati fuêre.

Difficillima Eccleſiæ, Regnique tempora præteruehimur, hiſtoriámque diuturni Schiſmatis, à quo ſe ſe Gallia exemit, in librum ſequentem ampliamus. Abs re verò non erit, hic monuiſſe, Carolum ſextum Regem, Pōtificiâ voce brachium Eccleſiæ dexterum coram ſalutatum eſſe, quo Romana Eccleſia plurimum niteretur, atque confideret: eúmque poſteà Petrum

Iauenal. Veſinius in Carol. VI.

de Lunâ tricenarium Antipapam armis in Hiſpaniam vſque proſecutum, Concilium quoque Conſtantienſe in quo ſchiſma euerſum, miris modis promouiſſe; adiunctam quoque tanti Principis patrocinio Antiſtitum Gallorum, Gerſoniſque Cancellarij Pariſienſis, legatione inclytâ fungentis, curam atque diligentiam Eccleſiæ fuiſſe vtiliſſimam. Carolus deinde ſeptimus electum in Concilio Baſilienſi Amedeum, Eugenio IV. vt cederet, tandem perſuaſit, multiſque laboribus, ac ſumptibus Concilij Baſilienſis fautores Pontifici ſubiecit. Non conquereretur vnquam Roma de Ludouico XI. qui Pragmaticam ſanctionem inuitis pene, ac reluctantibus vniuerſis edicto abrogauit; quod Pius II. illi impensè gratulatur. Hic Legatum in Franciam mittere ſacerdotiorum conferendo-

Martin. V an. 1418. in inſtruct. data Iacobo Archiepiſcopo Turon. ex parte propria & Eccleſiæ Romanæ dicet quod à memoria eius nõ decidit, quot & quãta ſeruitia, humanitates, auxilia, & alia bona, Chriſtianiſsimi Francorũ Reges impenderunt Romanis Pontificibus, & Eccleſiæ Romanæ.

Alanus Charterius in vitâ Carol. VII. an. 1448. vbi Elogium Galliæ ſchiſmatum expugnatricis.

An. 1463.

Pius II. ep. ad

Ludouic. Regem & lib. de vita ſua multa in laudem Galliæ cuius, inquit, propriũ, bellare pro fide & Eccleſiâ Romanâ.

rum cauſsâ pollicitus fuerat, id minimè tamen abſoluit.

Monſtreletus hiſt. lib.

Caroli Andegauenſis teſtamentum declar.

Paul. Iou. lib. 9.

Guicciardin. lib. 1.

Italiam cum Rege Carolo VIII. ingrediamur hæreditate, ac teſtamento delatum Neapoleos, Siciliæque Regnum repoſcente: feliciſſimis quidem auſpicijs, quibus parum ſibi fauentem Alexandrum VI. Parentis tamen loco veneratus eſt; qui, ſi Paulo Iouio credimus, non occultâ largitione Pontificatum adeptus fuerat; pleráſque Cardinales depoſitionem illius ob hanc cauſam flagitantes Rex Chriſtianiſſimus à ſchiſmatis propoſito deterruit, ac inſigne cum eo fœdus inijt conſtantiſſimæ protectionis. Ludouicus nomine XII. Populi Pater dictus, quamprimùm eãdem regionem acceſſit, Bononiam Iulio ſecundo vindicauit, à quo poſteà multa hoſtilia perpeſſus, cum Prælatos Regni Turonis congregatos

multis de rebus conſuluiſſet, iuxta eorum conſilium Legatos ad Pontificem miſit, Guillelmum præcipuè Lotenienſem Epiſcopum, qui his verbis Regis pietatem teſtatus eſt. *Chriſtianiſſ. Rex ea tantùm mente exercitum coëgit, vt impijs ſereniſſimi Rom. Regis votis obſiſtat, Italiam à vaſtitate eripiat, & ſanctitatem tuam, & hoc ſacratiſsimum Collegiũ ab illius iniuriâ eximat. Deum coram te Vicario ſuo teſtatur.* Quod certè poſteà Leo X. agnouit, eique coniunctiſſimus videri hoc eximiæ commendationis diplomate voluit. *Nos Leo, diuinâ Prouidentiâ, Papa X. in fide Summi Pontificis promittimus Ludouicum Francorum Regem in filium habere bonum; Chariſſimum & deuotum, & illum ſicut decet Principem Chriſtianiſsimum, Eccleſiæque filium Primogenitum, vnà cum eius Regno, dominijs, &*

Guillelm. Briconnetus Loten. Epiſcop. orat. Apolog. ad Iulium II. an. 1507.

Diploma Leonis X. an. 1514. 10. *Maij.*

prouincijs, ſubditiſque habere in ſingulari commendatione, ipſum quoque conſeruare in ijſdem priuilegijs, & libertatibus, quibus Pontifices prædeceſſores noſtri Regibus Francorum anterioribus vti, & gaudere permiſerunt & voluerunt: quodque eundem Regem contra omnem Regem, Principem, Potentatum maiorem & minorem, Communitatem, ſeu Dominium, & omnes homines nullo excepto, qui vellent eum offendere, impugnare & eidem guerram mouere, violentiam, & iniuriam facere, ac Regno ſuo, Dominijs & Prouincijs, toto poſſe defendemus, & adiuuabimus, Cenſuris Eccleſiaſticis, & omnibus alijs modis, eumque ſub protectione noſtrâ, ſanctæque Matris Eccleſiæ ſuſcipimus. Neque ſe gratiæ immemorem probauit Religioſiſsimus Princeps, quo nemo vnquam generoſiùs pugnauit, dum Caroli V. perfidiam Hiſpanis etiã hiſtoricis non

Sandoual. hiſt. Hiſpan. lib. 16.

Digitized by Google

diſsimulatam vlciſceretur ; cuius exercitus Hiſpanis , Germaniſque Lutheranis permixtis conſtans, Orbis , Eccleſiæque Metropolim obſidione captam , ferro , flammáque demolitus , internecione Ciuium, Cardinalium cæde , ſtupris Virginum ſacrarum , omnibus denique flagitijs repleuit : fortunarum direptione nudauit , templorum ſacrilegijs populatus eſt ; ne quid Alarico , Totilæque ſceleris reliquum faceret , ipſi transfugæ Ducis ſepulchro elogium inſcripſit , ROMA CAPTA, PONTIFICE OBSESSO , quem reuera in arce concluſum inopiâ , & fame contabeſcentem, cum XVII. Cardinalibus, vix ac ne quidem obſidibus datis , pretio ingenti exacto , magnâ ſacri patrimonij parte ſpoliatum abire ſiuit. Franciſcus in vltionem commotus miſsis copijs , prædones

Guicciard. lib. 18.

Digitized by Google

niſi peſte cœlo immiſsâ antea con-ſumpti eſſent, vniuerſos mactaturus, quamplurimas vrbes arcéſque in deditionem compulit, Pontificij Sedem, ac tranquillitatem reddidit: hoſtem ad pacem coëgit; poſt cuius conditiones æquiſsimas Cæſar Romam veniens; non, niſi euerſo Pacis templo, ingredi potuit: Philippo etiam illius hæredi mens acerbior fuit erga Paulum IV. cuius iura Henricus II. accerrimè ſuſtinuit. Nemini ſunt inaudita, quæ Franciſcus alter, & Carolus IX. Religionis cauſsâ geſſerunt: Henricus III. Religionis Catholicæ ab ipsâ adoleſcentiâ vindex, totóque vitæ decurſu obſeruantiſsimus hæc in ore verba moribundus habuit; *Primogenitus Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ filius, vixi, talis Deo propitio moriar.* Henricus IV. erga S. Sedem Romanam alter

Theodo-

Theodoſius, ſolo fere nutu, quod armis facere geſtiebat, Ferrariam in ditionem Papæ tranſmiſit: Venetorum diſſidium, ex quo bellorum Ilias, Schiſmatúmque propagatio timenda erat, tempeſtiuè compoſuit: propenſiſſimam denique Clementis VIII. Paulique V. beneuolentiam immortalibus in Eccleſiam meritis conſeruauit.

Aliquando tandem Ludouici XIII. Imperium attigimus, cuius gloriam vt Optatus aliquâ ratione obſcuraret, aut fœlicitatem imminueret, prætexti Schiſmatis calumniâ nihil atrocius aut iniuſtius poterat comminiſci. At quî fieri primò poteſt, vt Gens illa antiquiſſima & nobiliſſima, quæ Chriſti legem ab ipſis Eccleſiæ incunabulis ſuſcepit, eámque ante duodecim & ampliùs ſæcula in Regum ſuorum diademate perpetuò refulgen-

tem cæteris imperijs ad exemplum exhibuit: quæ Hiſpaniæ, Angliæ, Regnis Borealibus, ipſi etiã Orienti fidei lumen immiſit, aut amiſſum reddidit: quæ Italiam à Barbarorum incurſibus, prædonúmque latrocinijs & ab indigniſſimâ ſeruitute toties liberauit: quæ Romanæ Eccleſiæ tyrannorum vexatione Schiſmatúmque irruptione laboranti tám ſæpè auxiliata eſt: quæ Sedi ſanctiſſimæ decem & quatuor Pontifices, Cardinales innumeros dedit: quæ ingenijs, animis armiſque pro Eccleſiâ Rom. ſemper fortiſſimè dimicauit: Gens illa, inquam, Deo dilectiſſima, quî fieri poteſt, vt tam repentè ſui oblita atque diſſimilis fidem nunc temporis eiurare, Eccleſiam prodere, Religioni bellum indicere cœperit audacter dico, vtinam in faciem dicere liceret, Optate, fieri non po-

IIII. tantùm Hiſpani Pontifices fuêre, Damaſus, Ioan. XXI. Calixtus III. & Alexand. VI. vnus Anglus Hadrianus IV.

teſt, vt tam paucis diebus mutetur in alteram, quæ tot ſæculis Deo militauit, vtque, cum Scriptura loquar, ex Gente ſanctâ & populo electo, Regalique Sacerdotio, & plebe acquiſitionis, euadat filia auerſatrix ſeducta, conuerſa in arcum prauum, lumini rebellis, cor non habens, altera Samaria, domus exaſperans, Regio tranſmigrationis, & terra exterminij. Vade igitur, Optate, ad Gẽtes Apoſtatrices, funeſtúmque illis vaticinium tuum importa. Galliæ meliùs omen olim cecinit Innocẽtius III. ad Philippum Auguſtũ ſcribens, *Cùm hoc Regnum*, inquit, *benedictũ à Deo, ſemper in ipſius deuotione permanſerit, & ab eius deuotione nullo vnquam, vt credimus, ſit tempore diſceſſurum, licet interdum hinc inde fiant immiſſiones per Angelos malos, nos tamen qui Sathanæ non ignoramus aſtutias, circumuentiones*

Quæ verba Regno Galliæ accommodat Paulus III.

Ezech. 2.

Innocent. III. diplom. ad Philippum Auguſt. pro pace Angliæ.

Aduerte Optate.

Digitized by Google

ipſius ſtudemus euitare.

Quod ſi ea quæ temporibus noſtris geſta ſunt, defixâ cogitatione expendamus, quàm perſpicua Optati criminatio mendacij, ſimul atque inueteratæ cuiuſdam maleuolentiæ arguenda eſt! *Omnia*, inquit, *in Schiſmatis ſtructuram prona eſſe, rumor eſt:* Appoſitè rumorem pro Auctore laudauit Optatus, quem fortaſſe rumor auctorem habet: aut eſt enim rumor ἀδέσποτος, aut rumuſculus potiùs hominum imperitorum, id eſt, Optati ſimilium leuiſſimis iſtis popularis auræ pabulis victitantium. Longè verò aliud veritas ipſa non ſuſurrat, aut ſtrepit in angulis, ſed clamat ac perſonat in capite platearum. Ecquid enim in totâ Eccleſiâ publicâque re Gallicanâ à ſchiſmate non ſeiunctum, alienum & abhorrens? Ordiamur à vertice Monarchiæ,

Digitized by Google

à Ludouico Principe iuſtiſſimo: nec fruſtra, quicquid enim ſimulet deprauatus ſcriptor, omnes prorsùs ab iis, qui Politicam à limine ſalutarunt, ad eos, qui ſunt illius peritiſſimi; fatebuntur inquam omnes, Schiſma, quale de cerebro ſuo fingit Optatus, abſque Principis non ſolum arbitrio & conſenſu: ſed etiam vi ac auctoritate conflari non poſſe. At Optatus quâ fraude pollet maximâ, Regem noſtrum à molitione quidem Schiſmatis optimè abſoluit: at illum minimè illud toleraturum ſin aliunde ingrueret, regnique potiùs ac vitæ iacturam paſſurum, quod ſentire ac dicere debebat, frigidus laudator ſilentio præteriit. Hoc igitur immenſis Ludouici Iuſti laudibus meritò adſcribimus, hoc perſpectiſſimæ illius in Deum ac Eccleſiam voluntatis eſſe ſpondemus atque profitemur, vt

Digitized by Google

à Deo Regum Parente ac Domino, quicquid Potentiæ, Maieſtatiſque ſibi conceſſum eſt, illud omne potiùs à ſe abdicari, quàm vel tenuiſſimâ Schiſmatis caligine Regni ſui ſplendorem infuſcari, obducíue pateretur. Neque verò iſtud temerè de tanto Principe polliceor, qui, ſuſceptore ſanctiſſimo Pontifice, Eccleſiæ Cœlóque adoptatus, ad pacem cum Eccleſiâ Romanâ conſeruandam ſacramento ſuæ inaugurationis obſtrictus; in ipſis veluti pietatis vlnis educatus, virtutem in pueritiâ adultam, in adoleſcentià perfectam, in ætate perfectâ heroïcam oſtendit. Vnde Religio non minorem ſibi partem magnanimitate vendicat, in illius rebus præclarè geſtis. Teſtis illa florentibus adhuc annis Benearnenſis expeditio incredibili alacritate, mirâ celeritate confecta, quâ Catholici

Cerimonial. Gallican.

ritus, ac Pontificiæ dignitatis cultum locis inacceſſis intulit. Teſtis Nouempopulaniȩ, finitimarúmque Prouinciarum fortitudine, clementiáque ſubactarum victoria, templis erectis, ariſque inſtauratis ac locupletatis nobiliſſima. Teſtis tandem Rupella Regni æmula, Romæ altera Carthago, imo altera Tyrus maris domina, quæ omnibus præterquam Alexandro noſtro inuicta, Rege Catholico pro ſua pietate Hæreticos ac rebelles nequicquam adiuuante, tandem debellata eſt. *Quis cogitauit hoc ſuper Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores Principes, inſtitores eius inclyti terræ? Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret ſuperbiam omnis gloriæ, & ad ignomiam deduceret omnes inclytos terræ. Tranſi terram tuam quaſi flumen filia maris, non eſt vltra cingulum tibi.* In illius *Eſai. cap. 23.*

Digitized by Google

nunc penetralibus pro Eccleſiæ Catholicæ & Romanæ gloriâ, pro Summi Pontificis incolumitate, pro Regis ſalute quotidie ſacra peraguntur: vt non abſque cauſsâ, auditâ quamprimùm tam illuſtris victoriæ relatione ſanctiſſ. Vrbanus in has voces eruperit; *Vox exultationis, & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Videat peccator & iraſcatur, & Synagoga Satanæ contabeſcat. Militat Rex Chriſtianiſsimus pro Religione, militat Deus exercituum pro Rege. Nos certè in hâc Orbis patriâ ſacro gaudio triumphamus, & gratulamur Maieſtati tuæ victoriam, cuius trophæa conſtituuntur in cœlo, cuius gloriam generatio ventura nunquam conticeſcet. Rupellas, arcem non minùs obſtinatione perfidiæ, quàm naturæ munimentis inexpugnabilem, vidit tandem hæc ætas Regi & B. Petro ſubactas. Neque ſanè*

Vrban. VIII. *ep. ad Ludouic.* XIII. *Romæ ſcripta ann.* 1628. *die* 28. *Nouemb. in ſcriniys Regys.*

ſanè quiſquam adeò deſipit, vt tam glorioſam palmam acceptam referat felicitati potiùs, quàm virtuti. Diuturnâ tot menſium obſidione Europam docuiſti, Gallicis legionibus, te regnante, deberi non minorem conſtantiæ laudem, quàm celeritatis. Tibi autem periculorum contemptu, & incommodorum conſcientiâ claro, victor exercitus vitam deuouet, & perfectum triumphatæ hæreſis triumphum auguratur. Diadema hoc perfecti decoris imponi cupit Eccleſia illi galeæ ſalutis, quâ armatum Maieſtatis tuæ caput ipſe protegere videtur Dominus potens in prælio. Speramus enim fore vt Galliâ omni pacatâ, illuceſcant coruſcationes Ludouici Triumphatoris, captiuæ filiæ Sion, Francica trophæa commemoranti, & intuenti ſplendorem fulgurantis haſtæ tuæ. Vota noſtra atque Catholicæ Eccleſiæ ſecundet Deus.

Digitized by Google

Quam hac de re Eminentiſſimo Cardinali Duci tanquam Regij Conſilij, laboriſque in eâ expeditione participi gratulationem S. Pontifex ſignificarit, eam hoc loco prætermitto: ſcio enim hanc illius eſſe modeſtiam, vt ſe Principis ſui laude ſatis ornari putet: quæ eo potiſſimùm eluceſcit, quod in eas ac pleráſque alias Imperij ſui vrbes, oppida, arcéſque munitiſſimas in ditionem ſuam receptas, non antea ſui nominis reuerentiam, quàm Romanæ Religionis ſanctitatem admitti, in ijſque coli, ac florere voluerit. Cum verò trans Alpes victorem exercitum traduxit, etſi ad auitas, ereptáſque ſibi poſſeſſiones iuſto bello repoſcendas aggredi poterat: maluit tamen vniuerſa quæ ſuſcepit ad fœderatorum Principum ſolatium, ad communem nationis ſecuritatem, ad ipſius etiam

Eccleſiæ Romanæ præſidium pertinere: quæ Italiæ reliquæ dominatum inuadentibus Auſtriacis, ſacróque patrimonio inhiantibus non longo poſteà famulata eſſet interuallo. Vt autem ad ea quæ in pace & otio ſub Imperio Ludouici Iuſti geſta ſunt, conuertamur: non pauca vel obſcura ſunt, quæ Sedis Apoſtolicæ honorem luculenter inſigniuére. Cum in Comitijs Lutetiæ Generalibus, Ordinis tertij ſuffragio lex quædam de improbandâ quibuſuis caſibus abſolutione à Sacramento fidelitatis roganda proponeretur, multáque eâ de re in gratiam Ordinum Eccleſiæ, ac Nobilitatis ab eâ propoſitione diſſentientium Illuſtriſſ. Cardinal. Perronius peroraſſet; Rex Chriſtianiſſ. ſilentium indixit, cauſſæque maximæ cognitionem, & Conſilio & Perſonæ ſuæ attribuit; ne quid for-

Ann. 1614.

Oratio Cardinal. Perronij doctiſſima & eloquentiſſ. ad tertij Ordinis conſeſſum.

taſsè ſupremo Pontifici ingratum præiudicatâ in externos Theologos ſententiâ, decerneretur. Si quando vero Supremo fidelium Paſtori gaudium incredibile Gallicana Pietas attulit, maximè in collocandâ Anglicano Principi Regis ſorore, cuius connubialibus pactis omnium Catholicorum Anglorum libertas, bonorúmque recuperatio aſcripta, ac deinceps in conſcientiæ Religionísque libertate integerrimâ, ſecuritas confirmata eſt. Non multò poſt cum ad componenda Rhætorum negotia Vrbanus Pontifex Eminentiſſimum Cardinalem Barberinum ſapientiæ, virtutiſque claritate cum Purpuræ ſplendore certantem, Legatum à proprio latere in Galliam miſiſſet: ob prætermiſſum potiùs, quàm denegatum Ludouico legitimum, Nauarrici Regis titulum tanti muneris Prouin-

Placitum Regium Ann. 1615. die 6. Ianuar.

Articuli fœder. nupt. an. 1624. 10. Nouemb.

Ann. 1625.

Legatus ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ dicitur Concil. Sardic. can. 5.

cia retardari honeſtiſſimè poterat: Veneratio tamen ſummæ Sedis ea fuit, vt promiſsâ tantum, ne quid ex eâ omiſſione detrimenti caperetur, Pontificis interpretatione, facultates Legati exceptæ, conſcriptæque ſine morâ fuerint. Iuêre ob viam Plebs, Ordines, Magiſtratus, Epiſcopi Romanum in morem induti: Chriſtianiſſimi Regis Frater Vnicus adijt, ſalutauit, loco ceſſit, atque in Ciuitatenſem Baſilicam perhonorificè deduxit; Rex honorificentiſſimè excepit; totum Legationis ſpatiũ immensâ quâdam honorum ſerie prorogatum eſt. Diſceſſit Legatus in Hiſpaniam, ad quã licet cõmodiſſimi fœderis arcana deferret, nihil in eâ tamen præter gentilitium ſupercilium, intolerabilémque faſtum inuénit: neque à Regis fratribus, quos Infantes vocant, eius ſiniſtræ accedere negantibus excep- *Ann.1626.*

tus: neque alijs à Rege quam quibus plebeij ſolent vocibus compellatus: neque eo cultu cohoneſtatus, qui nuper heterodoxo Principi Gallæo, Religionis ſcilicet cauſsâ vltrò ac effusè oblatus fuerat. Certaſſe tamen officijs priores erga ſanctiſſimæ Sedis Legatum, ſempérque viciſſe nunquam nos pœnitebit.

At non ſolùm Pontificiam dignitatem eximiè coluit: ſed etiam poteſtatem agnouit Chriſtianiſſimus Princeps, cum Præſulum, quos crimen Majeſtatis attigiſſe videbatur, iudicium ad Sedem Apoſtolicam detulit. Aliquando enim in ſcelere perduellionis profani Iudices etiam Epiſcoporum diſceptatores fuêrunt, vt ex literis Caroli V. An. M. ccc. lxxviii. contra Epiſcopum Abrincenſem, & Caroli viii. contra Petragoricenſem & Montalbanenſem ad Senatum datis con-

Ann. Dom. M.DC.xxxiij die v. Maij, diploma Pontificium ad ſupplicationẽ Chriſtianiſſimi Regis.

ſtat : maluit tamen pro ſingulari ſuâ pietate, & clementiâ Ludouicus antiquæ Eccleſiaſticæ libertatis veſtigia repetere, iuxta quam Epiſcopi à Concilio Epiſcoporum primùm iudicari ſolebant : deinde finitiuâ, vt ius Canonum loquitur, ſententiâ à ſancto Pontifice ; à quo poſteà Iudices in partibus vt vocant, poſtulati, commiſsi : quales non ita pridem auctoritate Apoſtolicâ delegati ſunt, quorum ſententiam pollere, Regis decreto ſancitum eſt. Prætereo innumera alia à Chriſtianiſſimo Rege profecta in Eccleſiam Romanam teſtimonia, cui plura quàm vt meminiſſe queam, in filialis obedientiæ per Legatum Illuſtriſſimum Crequium profeſſione, fidei ac honoris argumenta declarauit.

Concil. Antioch. can. 14. τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, Gregor. Turon. lib. 5. exemplo Prætextati, Salonij & Sagittarij, Synod. Remenſis cont. Ebbonem. de Iudicibus vero delegatis, Gregor. Mag. lib. 10. ep. 35. & Concil. Lateranenſe v. demum Trident.

Ann. M. DC. XXXIII.

Neque verò dubitandum eſt in

ijs omnibus ſingularem eſſe Regis, Regnique conſenſum : Rege incolumi mens omnibus vna eſt : qui *quaſi cor viri vnius*, vt Deus loquitur, ſubditorum animos inflectit auctoritate ſummâ, potentioribus exemplis. Si enim primum Regni ordinem, qui Eccleſiæ eſt, intuemur, in eo Antiſtites eminent, qui cum ſe ſe olim inſcriberent Epiſcopos *Miſeratione diuinâ* iuxta morem Apoſtoli in Concilio V. primũ vſitatum, nunc fere adijciunt omnes & *Apoſtolicæ Sedis gratiâ*, in quo Epiſcopatum vnum agnoſcunt cuius partem in ſolidum tenent, vt loquitur B. Cyprianus. Eccleſiæ Matres, maiores Sedes, vulgò Cathedrales omnes ob prærogatiuæ ſuæ, iuris, atque dignitatis patrocinium, ac protectionem ſanctæ Sedi obnoxias ſe ſe peculiari titulo profitentur,

2. Reg. 12. p. 19. inclinauit cor omnium virorum Iuda quaſi viri vnius.

2. ad Cor. c. 4. habentes adminiſtrationem iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus.

Concil. V. gener. in ſubſcript. Eutychius miſeratione Dei Epiſcopus Collat. 8.

Alexand. IV. ep. ad Archiep. & Epiſcop. Quanto Pariſienſis Eccleſia maiori nobis, & Eccleſia Romana eſt deuotione aſtri-

fitentur, atque vt loquitur S. Iren. *ad Romanam Eccleſiam propter potentiorem Principalitatē conueniunt.* Doctores autem ſiue in ſcholis, ſiue in ſuggeſtibus, ſiue in libris conſcribendis nunquam aut frequentiores, aut promptiores, aut facundiores tuendâ, ac illuſtrandâ Romani Pontificatus auctoritate floruerunt. Iam verò Gallicæ Nobilitatis Ordo Laureatus quantam animi virtutem, atque contentionem in Eccleſiæ Catholicæ fide, ac gloriâ amplificandâ omnium oculis, & admirationi ſubiecit, ex quo Ludouico Principi militauit? hæc omnia ſanguine tot Heroum ſcripta, hæc vulneribus inſculpta, hæc funeribus glorioſis conclamata, hæc trophæis innumeris impoſita facinorum illuſtrium monimenta nos admiramur, poſteritas ſuſpiciet, æternitatis memoria conſecrabit. Inge-

Eta, & inter alias Regni Francorum Eccleſias celebris noſcitur extitiſſe: tanto eius iura propenſiùs conſeruare tenemur.

Digitized by Google

nuam autem illam, ac ſinceram Populi Gallici Religionem nunquam alacriùs, quàm in Eccleſiæ Romanæ benedictionibus hauriendis exultantem, quis non admiratur? At neſcio quid in Magiſtratus, quos ſub Politicorum nomine videtur innuere, contorquet Optatus: ea eſt hominis maledicentia, vt, quo vniuerſæ patriæ ore impio detraxit, nemini parcat: ipſe verò ſi modò Gallus eſt, ignorare non poteſt. Hanc deberi Senatui Galliarũ præcipuam omnino laudem, quod ægrè paucos, in ordinem numeroſum alterius ſectæ admiſerit, nullum verò, quantocúmque conatu dimicantem, in maiora Ordinis ſui ſubſellia receperit. Deinde quotieſcumque ſe ſe obtulit occaſio Catholicæ Religionis propugnandæ, vt in publicâ Caluinianorum quorumdam contumeliâ non ſemel ac-

cidit, nihil ſeueritatis omiſerit: Gymnaſium literarium in Lutetiæ ſuburbano Hæreticis interdixerit: Concionatores Catholicos in hæreticorum vrbes ab Epiſcopis miſſos recipi iuſſerit: ſolemnibus ſacris, vbi vota pro S. Pontifice & Rege concipiuntur, religiosè intereſſe conſueuerit: denique publicis actis S. Pontificis, eiuſque Legatorum perhonorificam mentionem infinitis propè locis inſeruerit; ac vbi circa Pontificis, Regiſque iura dirimenda, aut concilianda nonnihil proponendum duxit, illud aliquando ipſius Romanæ Sedis iudicio ſubmiſerit; quod quidem quantum ad ea quæ fidem, aut vnitatem Eccleſiæ ſpectant, adhuc libenter facturum eſſe minimè diffido. Supereſt igitur, vt Monarchiæ vniuerſæ Gallicanæ Religionem ſinceramque pietatem ſanctiſſimæ

An. 1619.

An. 1620.

Senatus Pariſ. in libello, Regi oblato circa Pragmaticam ſanctionem.

Eccleſiæ Romanæ non minùs probandam atque complectendam exhibeamus, quàm olim ante mille & ampliùs annos eam Paulus Pontifex commendauit his verbis. *Verè eleuatum eſt nomen gentis veſtræ ſuper multas generationum nationes: & Regnum Francorum vibrans emicat in conſpectu Domini, quod talibus benigniſsimis, & Apoſtolicæ ſanctæ Dei Eccleſiæ LIBERATORIBVS præornatur Regibus. Et vos quidem, Chariſsimi, Gens ſancta, Regale ſacerdotium, Populus acquiſitionis, cui benedixit Dominus Deus Iſraël, gaudete & exultate, quia nomina veſtra, Regúmque veſtrorum exarata ſunt in cœlis, & merces veſtra magna eſt coram Deo, & Angelis eius.*

Paulus Pont. Ep. ad Pipin.

Vnde igitur Optate tuum illud ſchiſma? atqui verè tuum eſt, nihil enim apud nos huic portento ac-

cedit. Ipſiſſimum verò monſtrum cogitationibus tuis fanaticis ſimillimum tibi peramicæ Hiſpaniæ ambitio dudum peperit, hodiéque lactat & enutrit, imò perpetuum illius Schiſma ſuſtinet, ac ingemiſcit orbis in Monarchiæ Siculæ aduerſùs Eccleſiam Romanam ſacrilegâ tyrannide, quâ falſo Vrbani II. Pontificis diplomate à Lucâ quodam Barberio, reclamantibus Siciliæ veteribus Archiuis, fabricato innixâ, Rex Hiſpaniæ iniuſtis armis occupato Regno ſummi Pontificatus iura copulare non exhorreſcit. Atque adeò in vim illius priuilegij deprauati, inuitis ſanctis Pontificibus, vt ex actis Pij V. & *Annis* 1566.
Gregorij XIII. conſtat, Rex Hiſpa- 1571. & 1582.
niæ, vt Siciliæ Monarcha, ſe pro Legato perpetuo ac neceſſario Eccleſiæ Romanæ gerit, & Beatiſſimi titulum vſurpat, imò etiam (o

Digitized by Google

abominationē deſolationis in templo Dei!) Iudices illius, ac Magiſtratus Ciuiles tanquam ab eo ſubdelegati Iuriſdictionem Eccleſiaſticam exercent in vtróque foro, prouocationes à ſententijs Epiſcoporum diſceptant, Legatos repellunt, appellationes ad Romanam Sedem prohibent, Synodis Prouincialibus præſunt, Cenſuras ferunt & laxant, excommunicant, abſoluunt, Apoſtolicâ quàm latè patet auctoritate: & cum hæc omnia ad prædam ſpectent, pro libidine res Eccleſiaſticas peculantur, & Clericorum hæreditates, ſpolia iure vocant, exſpoliant atque diripiunt. O catholicam rapinam: ô piam & ſanctam laruam: at quod grauiùs, ô non ampliùs laruatum, ſed apertum, volitans ac triumphans Schiſmatis oſtentum! de quo vociferatur eximiæ ſanctitatis, & doctrinæ

Cardinalis Baronius. *Quid tu ad iſta dixeris, Lector? niſi ſub vocabulo Monarchiæ, præter Monarcham vnum, quod vnicum caput viſibile in Eccleſiâ à fidelibus omnibus ſemper eſt cognitum atque cultum, aliud in Monarchiâ Siciliæ obortum, aliud ſuperinductum pro monſtro, & oſtento Eccleſiæ caput.* Si tanto igitur, Optate, aduersùs Schiſmata pugnandi æſtu laborabas, dignum clauâ tuâ monſtrum graſſabatur: ſed fictum in Galliâ quàm verum in Trinacriâ maluiſti, vmbratilis pugnæ bellator imbellis: ni fortè verum è ficto excitare fuit animus. Baron. ann. 1097.

Enimuerò non vnâ tantum ratione Schiſma conflatur: ſi corpus enim à capite, aut membra à corpore ſe ſe abrumpant, Schiſma eſt, quod non facimus, vti demonſtratum abundè eſt: ſi verò caput à membris recedat, & tunc Schiſma

1. Corint. cap. 12. γενναῖος ἀπόςολος; Clement. Alex.

eſt; nam, vt ait, generoſus Apoſtolus, *Non poteſt caput dicere pedibus, non eſtis mihi neceſſarij.* Et hoc Vrbanus Pater amantiſſimus facere erga nos minimè cogitat, vt verò faciat mendaciſſimâ Schiſmatis delatione ſollicitè adniteris; tertium verò Schiſmatis genus eſt, cum ipſa membra mutuo ſe ſe conflictu verberant, atque dilacerant: Et hoc vnicè cupere, conarique videris, Optate, vt inter ſe digladientur Plebs, Magiſtratus, Optimates, Principes, Epiſcopi, Galli denique omnes furore tuo perciti ſuam ipſi Patriam alternâ, communique internecione ſecum euertant, prorióque funere ſepeliant. Illud Schiſmatis genus, quod bellum contribulium vocat, tunc periculoſiſſimum eſſe monet Celeſtinus Pontifex, *Cùm in Vrbe maximâ, ad quam propter Regis inhabitantis reuerentiam*

Ἐμφύλιον πόλεμον Celeſti. ep. ad Ioan. Antiochen. 1. part. Conc. Epheſini ὅταν ἐν τῇ

uerentiam de vniuerſo orbe confluit multitudo, & intra Eccleſiam, hoc eſt intra ipſum Dei thalamum, impia ſuperſtitionis tela iaciuntur. Hoc in vrbe Principe, hoc in Patriæ vmbilico, hoc in Eccleſiâ fecit Optatus. In Eccleſiâ dico, quam præſertim permiſcere, & conturbare aggreſſus eſt Paſtores contra Paſtores, Epiſcopos contra Epiſcopos, Hierarchiam contra Hierarchiam mouendo, armando. Nam Epiſcopis ſimultatem, atque diffidentiam aduerſæ factionis ſuſpicione iniecit, *tentatos vel probatos Epiſcoporum animos, vt conatibus impiorum manus auxiliares darent, mutos canes eſſe, ſtare toto die otioſos, irruente hoſte non expergiſci*, Epiſcopis ipſis ſcribit, iam ſe ſe limis vt aiunt oculis mutuò conſpecturis, hoſtémque in fratre latentem ne reperiant, formidaturis. Sed men-

μεγίστῃ πόλει, εἰς ἣν διὰ τὴν τιμὴν τοῦ ἐνοικοῦντος βασιλέως, ἀπὸ παντὸς τοῦ κόσμου συντρέχει τὸ πλῆθος, καὶ ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας, τουτέστιν ἐντὸς αὐτοῦ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ, δόρατα ἀκοντίζηται τῆς ἀσεβοῦς θρησκείας.

nem ſpernis, maieſtatem blaſphemas, Eccleſiam ſcindis, Chriſtum diuidis. *Lingua tertia quaſi Panthera lædit, & occidit multos.* Tu nobis altera perſecutio es, vt aliquis SS. Patrum de Andronico dicebat, & tamen ore illo imprudentiſſimo minaris, & ominaris *perſecutionem, exilia, carceres, toxica, gladios, cruces, membrorum confractiones*: & addis incondito tuo ſtylo; *Beati eritis*, itẽ *hæc vobis precatur Optatus*. Egregia dignáque Optato ſunt hæc optata, qui omine funeſtat, votis deuouet, dictis maledicit, precatione imprecatur. At dic quibus oris, quibus Galliæ ſæculis ſub Chriſtianiſſimis Regibus Epiſcopi, Religionis cauſsâ, exilia, carceres, toxica, cruces, & crurifragia tua pertulerunt? Putas te ſub Decio viuere, quære alibi tyrannos Antichriſti metatores, quos elegãter vocat Cy-

Eccleſiaſtic. cap. 28. Grec. ὡσεὶ Πάρδαλις.

Cyprian. ep. 22.

prianus. Nos Regi optimo, tu hoſtibus noſtris viuis; tu Patriam deſeris, oppugnas, nos Eccleſiam Patriæ amplexibus conſtringimus, Catholici fide, Apoſtolici firmitate, Romani vnitate; nouit Deus, credit Vrbanus, Dei ἀντιπρόσωπος. Nos verò, vt olim Epiſcopi Galli Leoni ſcribebant, *Non deſinimus Domino ac Deo noſtro gratias agere, & pariter ſupplicare gratulãtes, quòd tantæ ſanctitatis, tantæ fidei tantæque doctrinæ Apoſtolicæ Sedi, vnde Religionis noſtræ fons, & origo manauit, Antiſtitem dederit: petentes etiam vt datum, conceſſúmque munus Pontificis, eius longiſſimâ ad ædificationem Eccleſiarum ſuarum ætate, cuſtodiat.*

Ruſticus, Venerius & alÿ Epiſcop. ep. ad Leon. Pap. I.

Digitized by Google

PATRIARCHÆ Ridicula Deſignatio.

EX OPTATI PARÆNETICO Pag. 9. & 12.

RUMOR eſt, omnia Patriarcham, hoc eſt Papalis dignitatis in Francorum regno, aut furem, aut laruam perſonare: Summo Pontifici tanquam hoſti reuerentiam, atque obedientiam, omnem cùm eo communionem proſcindendam, & ius licet Apoſtolicum inſtituendorum Epiſcoporum ei debere auferri, Eccleſiarum Præſides, ſeu Epiſcopos non quidem ex antiquâ electionum conſuetudine, cuius & ipſum diſplicet illis no-

men, ſed einſdem Patriarchæ, cuius inſolita & ignota, imò etiam horrenda Gallis, & iuri Diuino apertè reluctans auctoritas, imperio, hoc eſt gratiâ & miſeratione Pſeudoapoſtolicâ formandos, aut potiùs creandos eſſe.

Pag. verò x. Vnde tamen adeò horrenda clades Galliæ noſtræ minas intentet, ſi Eminentiſsimi Cardinalis ac Ducis Richelij, qua viget in Eccleſiam, fidem, in Summum Pontificem à quo in purpuratorum Eccleſiæ Principum Senatum allectus eſt, à quo tantis beneficijs, honoribus, priuilegijs adauctus, ſtudium vehementiſsimum, ſtupendam in adminiſtratione Reip. prudentiam, ac vim aſpicere licet, aut veriſimiliter aut ſecurè apud nos dici non poteſt.

Pag. tandem 37. in memoriam veſtram redeat fœda illa, & lugubris Eccleſiæ facies ſub vltimo ac grauiſſimo Schiſmate, quod quadraginta

annorum ſpatio ita Chriſti corpus, id eſt Eccleſiam, dilacerauit; vt vno eodémque tempore duos vel tres Pontifices, Italiam, Galliam, Hiſpaniam diuiſis Pontificibus communione, ac religione diuiſas cum ſtupore orbis terrarum conſpexerit. Iſtius Schiſmatis ſi originem exploratis ab auſteriore verbo cuidam ex Purpuratis Patribus natione Gallo, Ambianenſi Epiſcopo qui Carolo V. Francorum Regi primus fuit à Conſilijs, ab Vrbano VI. Pontifice Romano ſeuerioris cuiuſdam diſciplinæ viro, intempeſtiuè dicto, cauſam & initium traxiſſe agnoſcetis: ita vt priuata vnius Cardinalis vltio in Eccleſiam Dei hanc infeſtiſſimam cladem inuexerit: cùm enim Purpurato illi Pontifex corruptelam in tractandâ Anglorum pace exprobraſſet, continuò ille in Pontificis faciem inſolentiſſimi mendacij contumeliam effudit: quo facto reus cùm

pœnæ ſibi debitæ ſubiaceret, Cardinales Gallos, qui numero Italos ſuperabant, iam Vrbani auſteritatem vix ferentes Anagniam, deinde Fundos adduxit: vbi Ioannæ Neapolis Reginæ ope freti vim in electione Vrbani illatam cauſantes, tertio poſt Vrbani electionem menſe, alium Pontificem Clementis nomine eligunt, cum quo Auenionem ſe ſe recipiunt. Vos ergo præteritorum in orbe malorum notitiâ prudentiores ac vigilantiores effecti quicquid vobis fidei, Charitatis, ſapientiæ, fortitudinis ineſſe poteſt, id omne in Eccleſiaſticæ vnitatis tutelam, Cathedræ Petri reuerentiam, antiquæ Gallorum in Romanam Cathedram deuotionis argumentum impendite, &c.

Digitized by Google

LIBER III.

DE SOMNIO PATRIARCHATVS.

CVM ſuperſtitioſæ menti ſimulatæ diuinationis error acceſſerit: tota demum in fallacijs verſatur: quippe cui neque rebus etiam abſurdiſſimis fingendis materiam, neque adumbrandis artem, neque perſuadendis vim quandam inſolitam, numénque ſibi deeſſe credat. Optatum Gallum actione quidem alterâ ſiniſtrum, vanúmque Augurem deprehendimus: nunc verò mutato velut habitu ad nos redit ſomniorum artifex & coniector, fucoſas ſcilicet alias merces

Digitized by Google

afferens, quas diuinus Vates appel-
Thren. Hier. c. 2. lat, *aſſumptiones falſas, & eiectiones.*
Enimuerò Patriarcham Gallicanum non aliter quàm in ſomnis videre potuit: niſi fortè adhuc vigilans ſomniat, tamque ſeriò inſanit, vt nobis experrectis, ac inambulantibus ob oculos ponere ſe viſum ſuum putet. Hæc ſanè Pſeudoprophetarum dementia: qualis erat
S. Epiphan. in Cataphrygas hær. 48. γρηγορῶν ἐφίπταμαι, καὶ πλήσσω. ἐκστατικοῦ ῥήματα οὐχὶ παρακολουθοῦντος.
Phryx ille Gallus, *Qui cæteros homines dormire, ſe vnum vigilare, volare, ac inſtar plectri eos percutere gloriabatur:* cuius delirium ex ſolâ inconditi ſermonis confuſione ſatis argui poſſe S. Epiphanius monebat. Non eſt diuerſus character Optati, non diſſimilis elocutio,
Optat. pag. 11. dum Antiſtites iacentes ſtertentes atque ſtupefactos, vt ait, ipſe vigilans ac volitans excitat, & compellat, vt proſpiciant imminens prodigium, armatique aut Armandi,

venturo iamque fores Eccleſiæ pulſanti Patriarchæ quamprimùm occurrant. Opportunus Anſer canibus mutis, vt ipſe loquitur, vicem præbet. Ac ne fortè difficilem aut nutantem fidem inueniat, oculis etiam ſubijcit, Patriarcham tam certis, quam ſi interdiu vidiſſet, lineamentis atque coloribus depictum. *Papalis*, inquit, *dignitatis* Optat. pag. 9. *aut fur aut larua eſt, quem Politici* Idem pag. 27. *Clerum habentes ſibi ſeruientẽ creent, qui rerum Eccleſiaſticarum ſummam gerat præfecturam: quique Antichriſti inſtar ſuis ſectatoribus bona, honores, dignitates: aduerſarijs ludibria, conuitia, bonorum iacturam, exilia, ſupplicia, incommoda omnia abundè conferat.*

Videamus quâ nunc arte, quo iudicio, quâ etiam integritate, hæc adinuẽta expoſitáque ſint. Nouum quidem, ac inſolens cunctíſque re-

Digitized by Google

tro Eccleſiæ ætatibus inauditum, aliquem à Pontificis Romani poteſtate, & communione ſeceſſiſſe & contrariam illius Cathedræ Sedem erexiſſe ſub nomine Patriarchæ, qui antea Patriarcha non eſſet. Vidit Eccleſia Nouatianos, Vrſicinos, Eulalios, alióſque Schiſmaticos vſque ad Benedictum XIII. Hiſpanum, verùm illi non Patriarchæ, ſed Pontificis Romani inſignia rapuerunt, titulóque Papæ vſurpato primam illius Sedem occuparunt aut affectarunt. Maiores Patriarchæ tres ab Eccleſiæ primordijs fuêre, Romanus, Alexandrinus, Antiochenus, re, & nomine, titulo ſimul & poteſtate Patriarchæ: duo verò cooptati & aſciti. Hieroſolymitanus initio quidem nomine tenus & ordine, non vero iuriſdictione Patriarcha, erat enim reipsâ Metropolitæ Cæſarienſi ſub-

Πατριαρχικὸς μείζων θρόνος dicitur à S. Cyrillo ep. ad Celeſtin. Act. 4. Concil. Epheſ. Nicol. I. ad Cõſult. Bulg. vocat tres veraciter Patriarchas.

Cõcil. Nicæn. can. 7. τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς.

iectus & Patriarchæ Antiocheno.
Obrepſit in hunc numerum Con-
ſtantinopolitanus, ac tandem ſe-
cundum locum inuaſit. Non eſt ve-
rò animaduerſione indignum, in
omnibus illis Canonibus Concilio-
rum, quibus horum Patriarcharum
dignitas, auctoritas, atque Ordo
conſtituitur, non vocari tamen eos
ibi Patriarchas, ſed Epiſcopos tan-
tùm vel Archiepiſcopos vt in Ca-
none Concilij Nicæni. *Antiqui mo-
res obtineant qui ſunt in Ægypto,
Lybiâ & Pentapoli, vt Alexandri-
nus Epiſcopus horum omnium habeat
poteſtatem, quoniam illa eſt Romano
etiam Epiſcopo conſuetudo.* Secundi
vero Concilij Canon ſic habet. *Con-
ſtantinopolitanæ ciuitatis Epiſcopus
habeat priuilegia honoris poſt Roma-
num Epiſcopum, eo quod ſit ipſa no-
ua Roma.* Nec meminit etiam no-
minis Patriarchæ furtiuus Canon

Concil. Chalced. ad fin. S. Leo ep. 51. & S. Greg. lib. 6. ep. 1.

Concil. Nicæn. can. 6. & 7. ἐπειδὴ καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ συνήθης ἐστί.

Si modò tamē verꝰ ſit neq; enim illius meminit epiſtola Synodica τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς Conſtant. Canon. III.

Chalcedon. c. 28.

Concilij Chalcedon. vbi Conſtantinopolitano ſolùm Archiepiſcopo dicto, magno ambitu ſecundus à Romano locus deſignatur. Imò nec Concilij in Trullo Canon xxxvi. Patriarchæ nomen habet, quod in Canonibus Conciliorum ante octauam Synodum, idque in tranſcurſu, legere non memini: ſed ad rem. Ex illis ſublimioribus Patriarchis multi in Romanum Pontificem, Epiſcopum Patriarcharum inſultarunt; Mitto Neſtorios, Dioſcoros, & alios qui ~~non~~ hæreſeos cauſsâ: ſed qui animo Schiſmatis & ſuperbæ πρωτοκαθεδρίας, vt Anatolius, Ioannes Ieiunator, Photius, alijque quamplures, certè Patriarchales Sedes iam poſſidebant, quas omnes inter ſe æquales adeóque Eccleſiam quinticipitem eſſe non ſolùm errore, ſed ambitione tuebãtur. Nunquam vero Conſtantinopolitanus

Ita vocat Caſsiod. lib. 9. ep. 15. & antea ſi modo verus eſt, canon quidam Nicænus Edit. Turriani.

Balſamon. iuris Orient. lib. 7. πεντακόρυφον.

Epiſcopus Oecumenicum ſe ſe Patriarcham appellaſſet, nunquam Sedem ſuam æqualis cum Romanâ prærogatiuæ iactaſſet, niſi Patriarcham ſe ſe priùs credidiſſet. Nunquam Alexandrinus Archiepiſcopus niſi Patriarchalem iam thronum tenuiſſet, vaniſſimas illas acclamationes excepiſſet, *Sanctiſſimi ac Beatiſſimi Patriarchæ Alexandrini Patris noſtri ſupremi ac Domini, Patrum Patris, Paſtorum Paſtoris, decimi-tertij Apoſtoli, & iudicis vniuerſi orbis. Multianni.* Neque etiam auditum vllum vnquam vel Exarchum, vel Metropolitam, Archiepiſcopum, vel Epiſcopum; etiam ex ijs qui ἀκέφαλοι dicebantur in Romani Pontificis contemptum, nouum in Oriente Patriarchatum erexiſſe. In occidente verò quis vnquam Epiſcoporum aduersùs Romani Pontificis aucto-

ἴσων πρεσβείων ἀπολαύουσαν *in furtiuo Canone Chalced.* xxviij.

v. Niceph. to. 2. p. 512. *Acclamatio fieri ſolita Patriarchæ Alexandrino*

τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου πατριάρχου Ἀλεξ. πατρὸς ἡμῶν αὐθέντου, καὶ δεσπότου, λιβύης πενταπόλεως. καὶ πάσης γῆς Αἰγύπτου πατρὸς πατέρων, ποιμένος ποιμένων, τρίτου καὶ δεκάτου τῶν Ἀποστόλων καὶ κριτοῦ τῆς οἰκουμένης πολλὰ τὰ ἔτη.

ritatem Patriarchæ nomen aſſumpſit, poteſtatem vſurpauit? Ne Rauennates quidem Epiſcopi Maurus, & Reparatus, qui contra Romanum Pontificem præter modum intumuerunt, ac imperatorio etiam reſcripto ab illius Iuriſdictione temerè ſubtracti ſunt, de induenda Patriarchæ dignitate, aut nomine cogitarunt. In Germaniâ, Batauiâ, Angliâ, cæteriſque Regnis aut nationibus Romanā Eccleſiam auerſatis nullus Patriarcha ſuccenturiatus aſpicitur. Albertus quidem Bremenſis ſiue Hamburgenſis Patriarchæ titulum ambitiosè concupiſcebat, non verò contra Pontificem, ſed à Pontifice. In Hiſpania Alfonſus Carillo Patriarchalem ſibi dignitatem vendicare nititur; Nos, inquit, quem licet immeritum in Patriarchali Toletanâ Sede, ac in vniuerſis Hiſpaniarū prouincijs diuina dignatio

Anaſtaſ. in Adeodato.

Crantzius in metrop. lib. 5. c. 4.

In Concil. Tolet. an. 1473.

dignatio prætulit in Primatem. At in Galliâ quando vnquam auditum Schiſmatici Patriarchæ nomen? nam quod Lugdunenſem Archiepiſcopum Patriarcham vocari debere Matiſconenſi Concilio fuiſſe decretum aiunt: quod Bituricenſis ita vocetur nihil ad rem, minorum enim gentium iſti Patriarchæ nihil aliud ſunt, quàm inſignes Primates, atque ipſi meritò Romanum Pontificem pro Chriſti Vicario, ſuóque Paſtore, ac Iudice venerantur. Prima certè omnium nationum Gallia Eccleſiæ, Sorbonæque decretis Anathemate percelluit Hæretiocorum omnium iudicio pernicioſiſſimum Archiepiſcopum quondam Spalatenſem, qui Patriarcharum occidentalium inſtituendorũ conſilium dabat his verbis. *Commodè admodùm & opportunè poſſet tota Eccleſia Gallicana ſuum Primatem*

Du Vall. de pot. Pap. citat. Concil. Matiſc. ſub Guntr. non inueni tamen.

Rarò in Oriẽte tales Patriarchæ vocãtur, vt Patriarcha Melitenes in Armeniâ apud Socrat. lib. 5. cap. 8. πατρι-αρχία μελιτι-νης. Sed iſti Patriarchæ ab alijs in ſocietatem non admittũtur vide Concilij Lugdun. 1. Acta vbi Patriarcha C.P. & Antiochenus deſtrui volunt ſedẽ Patriarchæ Aquileienſis. Gregor. tamẽ VII. Venetũ alijs maioribus æquat. lib. 2. epiſt. 39.

Vnde hoc ſẽ-

Digitized by Google

ſu dicitur idē Patriarcha, & Primatis munus cap. Prouinciæ d. 99.

Cēſura Scholæ Pariſ. in Anton. de Domin. die 15. Decemb. An. 1617.

Anton. id. lib. 3. de Rep. Eccleſiaſt.

Lugdunenſem, aliúmue plenè Patriarcham ſummum agnoſcere: ſic Hiſpania Toletanum: ſic Anglia, Scotia & Hibernia Cantuarienſem: ſic Germania Moguntinum, vel alium: ſic Hungaria, Croatia, Sclauonia, Boſsina, Strigonienſem: ſic Polonia, Liuonia, Ruſsia Vilnenſem, ſiue alium: ſic Dalmatia, & Iſtria Venetum: ſic Venetorum ditio in Italiâ Aquileïenſem: ſic Ducatus Mediolanenſis, & Pedemontana regio, ac Rhœti Mediolanenſem: Italia & Sicilia, Corſica atque Sardinia Romanum, & ſic de alijs. Nolo rationes abſurdas, ac ſeditioſas, quas ille attexit, adducere: ſufficiat Nouatoris illius qui poſteà reſipuit, hæreſim Eccleſiæ primùm Gallicanæ fulminibus concidiſſe. Nulla igitur Galliæ noſtræ in Patriarchæ deſignationem procliuitas. Vnde etiam eueniſſe arbitror illam Primatum apud nos multitudinem,

Remenſis, Arelatenſis, Viennenſis, Lugdunenſis, Aquitani, Senonenſis, & aliorum quorum nulli Gallicana vnquam Eccleſia totam ſeſe ſubijci paſſa eſt, niſi cum Supremi Pontificis legatio Perſonæ potiùs, quam Sedi acceſſit: vt cum Auxanio, & Aureliano Vigilius Papa, Pelagius Sapando, Gregorius Vigilio Arelatenſibus Epiſcopis ſuas per vniuerſam Galliam vices commiſerunt. Ac proinde in Concilijs ex omnibus Galliæ Prouincijs congregatis nullus Archiepiſcopus ſedis ſuæ iure ac prærogatiuâ, ſed vt plurimùm Electione præerat, vt conſtat Aurelianenſi IV. cui Leontius Burdegal. præſente Flauio Rothomagenſi antiquiori: ſic in Concilio Pariſienſi IV. Philippus Archiepiſcopus Viennenſis præſente licet Priſco Archiepiſcopo Lugdunenſi, & Conſtituto Senonenſi. Si

Concil. IV. Aurel. an. 541.

Concil. Pariſ. IV. an. 573.

quis autem Legatus eſſet ſummi Pontificis ei primæ abſque controuerſiâ deferebantur, vt in Concilio Agathenſi, cui Cæſarius Arelatenſis ſanctæ Sedis Legatus præfuit: quam tamen Prouinciam non ſemper Legatus ſuſcipiebat: vnde Sacerdos Archiepiſcopus Lugdunenſis præfuit Concilio v. Aurelianenſi, præſente Aureliano Arelatenſi Romanæ Sedis Legato. Illud tamen inter iura Legati indubitata ſemper habitum eſt. Ex his colligere facillimum eſt, ab vnius Patriarchæ, vel Primatis Nationalis deſignatione Gallicanam Eccleſiam conſultiſſimè ſemper ſibi cauiſſe. Et ſanè nunc temporis ſi quis ad hanc dignitatem anhelaret, non dubito illud ſancti Leonis Papæ aduersùs Patriarchatum Conſtantinopolitanum ſtatim ab Epiſcopis Gallicanis ingerendum eſſe. *Superbum nimis eſt*

Concil. Agath. ſub Cledouco an. 506.

Ioannes VIII. *ep. ad Roſtagnum Arelatenſem.*

S. Leo ep. ad Pulcheriam vide & Gelaſ. ep. 13.

& immoderatum vltra fines proprios tendere, & antiquitate calcatâ alienum ius velle præripere, atque vt vnius creſcat dignitas, tot Metropolitanorum impugnare primatus, quietiſque prouincijs, & Synodicâ moderatione diſpoſitis bellum nouæ perturbationis inferre.

Quid igitur cauſſæ eſſe poteſt, vt quod Optatus ſomniat propediem apud nos Patriarcha, tanquam è machinâ quâdam nobis illapſurus ſit? non alijs, quàm quibus id fieri non debere aſtruit, futurum non eſſe, rationibus euinci poteſt. *Expectatus*, inquit, *iſte Patriarcha à quo mittendus eſt? non à Deo immediate vt alter Ioannes: non mediate per Eccleſiam, neque enim ab inferiore qui mittendi poteſtatem non habet, nec à ſuperiore qui ſuperiorem non agnoſcat. Sed forſitan ex omnibus Galliæ Epiſcopis collecta Synodus ius* *Optatus pag. 28. & 29.*

Patriarchale iſti in Eccleſiam Gallicanam dabit? verum quomodo dabit quod non habet. Iam tibiipſi ſomnias, Optate, multúmque à propoſito tuo abſcedis, nos verò ex deliratione tuâ aliquid veri elicimus. Patriarcha ille fatalis, quem tu quantâ cogitari poteſt maximâ poteſtate aſſeris, neque à Deo neque ab Eccleſiâ, neque à Pontifice, neque à Synodo, hoc eſt à Clero, neque à Rege, vt antea dixiſti, poteſtatem accipiet; igitur à nullo. Sed fortaſſe legitimam, inquies, non illegitimam atque tyrannicam: ſed neque quiſquam iniuſtæ in plures potentiæ clauum arripere, niſi plurium patrocinio, vel auxilio poteſt. Quis fauebit, quis promouebit, quis ceruicibus noſtris Patriarcham illum imponet? *Politici*, inquit, *Clerum habentes ſuæ impietati ſeruientem.* Ecce viſa Optati conge-

Optatus pag. 29.

minant, multiplicantur: iam in Galliâ nouam gentem videt, nouum ciuium genus qui ſummam rerum teneant Ariſtocraticam, qui reclamante ſummo Pontifice, inuito Rege, obnitente Regis Conſilio, reluctante Clero, Regni fundamẽtum conuellere, Religionem euertere, Eccleſiam exſcindere vno ferè momento poſſint. Cadmæus ille Politicorum exercitus fœcundum cerebroſi Pſeudogalli delirium, nihil aliud quàm multarum vmbrarum ſomnium eſt. Quis enim Politicos ſub religioſo, potentiſſimóque Principe dominari credat, niſi eum hoſtibus ſuis ſuccumbere fateatur? quis Eccleſiam ſub Eccleſiæ tanto protectore captiuam duci, niſi eum ignauiæ, aut impietatis damnet? Oneras te hâc inuidiâ, Optate, vt quos à Schiſmatis ſuſpicione habere te immunes per-

ſuadere maximè voluiſti, de ijs non ſolùm ſuſpicari, ſed etiam certò pronuntiare videaris. Quicquid enim diſſimulas, id conſilij non in plebis aut Magiſtratuum, aut Nobilis, aut Sacræ militiæ ordinem retuliſti, ſed in hodiernæ Monarchiæ adminiſtrationem. Vnde frigida illa verba, *Si Cardinalis Eminentiſſimi in Eccleſiam, fidem, in S. Pontificem ſtudium aſpicere licet, ab eo cladem hanc intentari, aut veriſimiliter, aut ſecurè omnino dici non poteſt.* Mittamus manum in foramen aſpidis, vt inquit Propheta, & quaſi manu obſtetricante hunc maledicentiæ colubrum educamus. Quid innuit oratio illa, vt ſcholæ tyrones dicunt, hypothetica, *ſi aſpicere licet*: quid item illa diſiunctiua, *aut veroſimiliter, aut ſecurè dici non poteſt?* hoc eſt etiamſi, vt fortaſsè ſentit Optatus, veroſimiliter id dici poteſt,

Optatus pag. 10.

poteſt, non eſt tamen dicendum quia ſecurè dici non poteſt, nec tutò ſcribi in eum, qui iuſtè poteſt proſcribere. Si hæc tibi tantopere verba arridebant, dicere debebas, *Nec veroſimiliter, nec ſecurè*; aut potiùs, *etiamſi ſecurè dici poſſet, veroſimiliter tamen dici non poteſt*. Si quid enim vnquam verò abſimile, ſomnióque ſimillimum fuit, illud profectò eſt, Patriarchatum Eccleſiæ Gallicanæ, ab Eminentiſſ. Cardin. Duce Richelio vel ſibi, vel alteri cogitari, nedum optari. Si enim vitæ mortalis decurſus attenditur, vt ab æmulis illius plerúmque ſolet, in illo culmine dignitatis ſedet, à cuius adeptione, nulli ſecunda virtus omnem ambitum, merita fortunam excluſerunt. Ecquid illi ad iuſtam gloriam deeſt, quod cæteris ad ambitionem exſatiandam non ſatis ſupérque eſſet? Cum verò im-

Digitized by Google

mortale potiùs æuum conſilia illius grauiora, ſpes, contentionéſque ſpectauerint, longè profectò aliud pollicetur anteactę vitæ ratio ſapiẽtiæ vim admirabilem,ac innumera pietatis eximiæ teſtimonia complectens. Romam ipſam ſanctitatis arbitram teſtor, quæ in illius tãquam alterius Timothei adoleſcentiâ, virtutem annis maturiorem Pontificijs infulis coronauit. Exſuſcitauit in ſe gratiam,quam per impoſitionem manuum acceperat, aſſiduâ mentis in res diuinas contemplatione, ſtudijs,ac vigilijs exhauſtis, concionibus eloquentiſſimis, doctiſſimis elucubrationibus, immenſis denique publicè, priuatimque ſuſceptis laboribus, quibus Eccleſiæ Catholicæ fidem, Sedíſque Pontificiæ Majeſtatem tueri, ac illuſtrare, quàm in illius Purpurâ ſplendeſcere, gloriosiùs duxit. Vt
Digitized by Google

verò ſpectatiſſimis meritis tantus honor conceſſus eſt, illum non tam præteritorum certaminum præmium, quàm futurorum auſpicium eſſe ratus, non tantum de ſtabiliendo Eccleſiæ fundamento, ſed etiam perficiendo gloriæ ipſius faſtigio meditari cœpit. Hinc illæ de Religione cum amplitudine Monarchiæ æquandâ, vlteriúſque etiam proferendâ vaſtæ, profundæque cogitationes: hinc immiſſa Regi Optimo, & ad res poſt hominum memoriam maximas nato diuina conſilia fidei vindicandæ, recuperandæque per omnes ditiones Chriſtianæ libertatis. Quo factum tandem, vt quæ laborioſiſſimis expeditionibus ſocias dexteras coniunxerant, Religio & Majeſtas, pietas atque fortitudo, ijſdem victorijs illuſtres, vno etiam triumphali inceſſu, atque pompâ vniuerſas Gal-

liæ oras, vrbéſque exiguo tempore peragrarint. Peccarem equidem ſi maximi Pontificis Vrbani elogio ieiunas laudes adderem, ſic ad Eminentiſſ. Cardinalem Richelium inter ampliſſima, & frequentiſſima alia præconia ſcribentis. *Conſilia Pietatis tuæ in Rupellenſi obſidione ad Eccleſiæ gloriam, & fœlicitatem Galliarum triumpharunt.*

Si verò ad pacis artes atq; otia fœliciſſimè ab eodem exculta cõuertamur, mirũ quanto conatu ab alijs ſæpe pertẽtatam Doctorum grauiſſimorũ in explicandâ ſummi Pontificis auctoritate, prius vocabulo tenus diſſidentium, concordiam procurarit. Quo etiam tempore illius monitu, atque voto peractum eſt vt in Sorbonâ, quam velut Catholicæ Religionis acropolim incredibili curâ, ſumptúque conſtruxit, de Pontificijs decretis obſeruandis

ſacramenti dicendi, quod antea candidatis liberum erat, conſtitutio ſcriberetur hâc formulâ. *Ego proteſtor me nihil dicturum, aut ſcripturum, quod aduerſetur Sacræ Scripturæ, Concilijs Oecumenicis, decretis ſummorum Pontificum, necnon decretis almæ facultatis Pariſienſis matris meæ, quibus adhæreo, & adhærere intendo.* Quod quidem iuſiurandum cum aliqui reformidarent, propter decretalem quæ incipit. *Vnam ſanctam*, & alias quæ iuri Principum derogare nonnihil videntur; itum eſt tamen in communem ſententiam, propterea quod decreta quæ aut reuocata ſunt, vt illud Bonifacij per Clem. V. aut ea quæ recepta non ſunt in legum, aut Canonum cenſu, numeróque non habentur, vt omnes Theologi docent. Habitus ergo decretis Pontificijs honor, quem ſaluberrimis

Ann. Dom. 1629. die 1. Decemb.

Clem. V. cap. meruit de priuileg.

monitis, ac exemplis familiæ ſuæ Sorbonicæ, quoties ab illius Oratoribus ſalutatur Cardinalis Eminentiſſ. apprimè commendat. Pleráſque alias occaſiones quibus erga Sedem Apoſtolicam animi deuotiſſimi teſtimonijs effulſit, non ignorauit Vrbanus ſanctiſſ. Pontifex, ob quas illi ſummoperè gratulatus eſt his verbis. *Occluſa tandem ſunt in Gallijs ora loquentium iniqua, & Sorbonenſis Theologorum Senatus temerariam illam cenſuram damnauit, quæ videbatur extra B. Petri ouile Principes quodammodo ſegregare: Plaudit Roma pietati Ludouici Regis, qui cœlum tam ſalutaribus officijs lætificans experiri meretur, quàm inexpugnabile Gallici Regni munimentum ſit Catholica Religio, & Pontificia auctoritas. Te verò Senatus Apoſtolicus vocat in ſocietatem Regiæ laudis, conſilijſque tuis*

Vrban. VIII. *ep. ad Card. Richel. die* 23. *Feb. an.* 1627.

magnam tanti beneficij partem acceptam refert. Iam verò quas non laudes promeritus es ijs officijs, quibus Pontificij dignitatem ab exterorum Oratorũ Legibus ſecerni curaſti, &c. Hæc publica, hæc domeſtica, hæc certiſſima tantæ in Sedem Beatiſſimam obſeruantiæ ac pietatis argumenta neſcire non potuit Optatus; ea tamen quamuis apud omnes teſtatiſſima, nihil aliud in animum virulenti ſcriptoris potuerunt, quã vt Schiſma Cardinali tribui non poſſe, *aut veroſimiliter, aut ſaltem ſecurè*, prædicaret.

Atque vt mentem ſuam quamuis obſcuram & cæcam, quaſi ſub malignâ tamen quâdam luce ſui ſimilibus aperiat: quotieſcúmque de Schiſmatico Patriarchâ, nunquam niſi de ſummæ in Galliâ auctoritatatis viro loquitur; in cuius arbitrio manúque omnium conditio,

fortunæque ſecundæ, vel aduerſæ momenta conſtituta ſint. Sub famoſi verò libelli finem diuturni, calamitoſique Schiſmatis originem in Cardinalem Ambianenſem confert, exemplique veteris comparatione præſens diſcrimen anteuertendum ſuadet. Verum furioſi miſerendum eſt, atque poſtremum hoc telum manibus illius extorquendum.

Optat. pag. 38.

Ante omnia verò Galliam, tanquam in ſolo facti errore verſatam, ab huius Schiſmatis crimine indemnem, integrique capitis mittunt peritiſſimi omnium hiſtorici, ex quorum teſtimonio ſanctus Antoninus. *Aſſerebant*, inquit, *obedientiales Clementis ſuum eſſe verum Papam ex electione eius Canonicâ vtpote liberâ, non coactâ, non illam Vrbani quia metu coactam. E contrario obedientes Vrbano Clementem affirmabant*

S. Antonin. ex veteribus alijs hiſtor. part. 3. tit. 22. cap. 2. vide Marianam lib. 18. cap. 1. vter eſſet verus Pontifex orbe toto Chriſtia-

mabant Apoſtaticum non Apoſtolicum cum electio Vrbani fuerit canonica, & ſi fuiſſet illatus eis metus cadens in conſtantem virum, tamen poſtea ſublatâ cauſsâ metus, & data plenâ libertate reclamandi, nihil fecerunt, ſed ratum oſtenderunt habere, & gratum quod factum erat: cum per menſem poſt factum Vrbanum, venerati ſunt vt Petri ſucceſſorem & Chriſti Vicarium. Peritiſsimos viros in Sacrâ paginâ, & iure canonico habuit toto illo tempore quo durauit id Schiſma vtraque pars ſeu obedientia, ac etiam Religioſiſsimos viros, & quod maius eſt etiam miraculis fulgentes, nec vnquam potuit ſic quæſtio illa decidi, quin ſemper remaneret apud plurimos dubia. Nam etſi neceſſarium ſit credere, ſicut vnam eſſe Catholicam Eccleſiam non plures, ita & vnicum eſſe Paſtorem Vicarium Chriſti iuxta id Ioan. 10. fiet vnum ouile

nō dubitandū eſt Collenutius vero lib. 5. hiſt. Neap. cum Priuilegio ſummi Pōtificis editus, ſcriuonò alcuni che con expreſſà conditione eleſſero (Vrbano VI.) che à luogo & tempo libero, egli haueſſe a renuntiare, & coſi dicono che ſolennemente, & con giuramento promiſſe, &c. aliter verò Theodoricus & alij.

& vnus Paſtor, tamen ſi contingit plures per Schiſma creari, ſeu nominari Pontifices ſummos vno & eodem tempore, non videtur ſaluti neceſſarium credere iſtum eſſe vel illum, ſed alterum eorum qui ſcilicet fuerit canonicè aſſumptus: & in hoc populi ſequi poſſunt maiores ſuos, ſiue Prælatos; hinc accidit vt Eccleſia ipſa in Concilio Piſano viuenti adhuc Vrbani ſexti ſucceſſori Gregorio XII. non tam ſucceſſurum quam acceſſurum Alexandrum V. crearit, eóque mortuo Ioannem xxiij. quo vnà cum Gregorio, Benedicto depoſito, poſtea in Concilio Conſtantienſi Galliâ ſingularem operam nauante, Martinum V. qui ſui temporis fœlicitas dictus eſt, præfecerit.

Hæc omnia varij auctores apud Ciaconium.

Quod autem ad cauſſam propinquam Schiſmatis attinet, quam in Cardinalem Gallum Ambianenſem

Digitized by Google

reijcit Optatus, Auctorem, ex quo id exſcripſit, non inconſultò ſubticuit: Optati enim ſimillimus, hoc eſt Galliæ infeſtiſſimus, Thomas Vvalſinghamus Anglus ille eſt, qui flagrante bello inter Franciæ, Britanniæque Reges ſcripſit: eóque liberaliùs huius Schiſmatis cauſſam Gallis aſcripſit, quòd Gallia Clementem VII. Britannia verò Vrbanum ſextum pro vero Pontifice haberet. Nemo illius ætatis hiſtoricus rem ita geſtam narrat: ex omnium verò reliquorum collatis ſymbolis conſtat, non vnius Ioannis de Grangia anteà Fiſcanenſis Abbatis deinde Ambianenſis Epiſcopi, & Cardinalis tit. S. Marcelli, ſed omnium potiùs Cardinalium animos pulſatos ac exulceratos moroſâ illâ Vrbani auſteritate, quam vocat duritiem cordis Theodericus à Niem contemporaneus Scriptor, duriori

Thomas Vualſingham in Richardo II.

In vit. Clement. Antipap.

In vit. Clement. Antipap.

vocabulo vocat Ciaconius nuper Romæ editus. Idem verò Theodericus ſcriba Pontificis, deinde Epiſcopus Verdenſis tunc Romæ præſens Vrbanique familiaris de illa Cardinalium diſceſſione ita ſcribit.

Theodericus à Niem lib. 1. de Schiſm. c. 7.

Romanis autem ciuibus pro poſſe complacere ſtuduit idem Vrbanus, in quo etiam ipſis Cardinalibus vehementiùs diſplicuit. Vnde ſigillatim dicti Cardinales ab ipſo exiſtente adhuc in eâ vrbe circa medium menſis Maij poſt eius coronationem receſſerunt, nec non ad Anagniam ciuitatem Campaniæ Romanenſem declinauerunt. Nulla hîc de Cardinali Ambianenſi mentio peculiaris. Sed in gratiam illius, quem Regis primum à Conſilijs fuiſſe dicit, mauult Optatus nos ſibi credere, vt ipſe leuiſſimè credere voluit Vvalſinghamo potiùs quã Theoderico, hoc eſt Monacho potiùs Noruolgiano, quàm ſcribæ Ro-

Thom. Vvalſingham floruit ac ſcripſit circa ann.

mano Curiæ perito : abſenti potiùs *440. hæc*
quàm præſenti; remoto ab ijs locis *verò geſta ſunt anu.*
& temporibus, quàm eorum hiſto- *1378.*
riam videnti & ſcribenti : denique
ſuſpecto, infenſóque quàm vero.
Cum interim Britannus ſcriptor,
minùs ſæuierit quàm Optatus: hic
enim Ambianenſem, reliquos Cardinales Anagniam & Fundos abduxiſſe de ſuo narrat, quod ille non
ſcripſit : cuius contrarium alij ſcripſere, qui ſigillatim eos, & cum
bona Pontificis venia receſſiſſe memorant.

At quamuis Ambianenſis peccaſſet : Cardinalem hercle habemus à quo nihil pertimeſcendum, omnia verò potiùs Religioni, non ſolùm conſentanea, ſed etiam magnificentiſſima, quorum pignora monumentáque tot dedit, expectanda ſunt. Quantumuis obſcurè detractum ei velit Optatus, viuet ac flo-

Prouerb. 14. & 22. Sapient. 10. & Eccleſ. 49.

rebit, *Acceptus Regi miniſter intelligens* ὁμαλικὸς, *ut ſcriptura loquitur, firmamentum gentis, Rector fratrum, ſtabilimentum populi, cui Deus potentiam dedit aduersùs eos qui eum deprimebant, & mendaces oſtendit, qui maculauerunt illum, & dabit illi claritatem æternam.*

Quod ſi Optatus etiam alium in Gallia Patriarcham portendat, ſapientibus tam amẽs videbitur quàm ſi Galliam Paganæ ſuperſtitionis ritus renouaturam eſſe affirmaret: cuius Antiſtites ab Ethnicis etiam Patriarchæ dicebantur. In qua enim prouincia, in qua vrbe, ſedem erecturus, domiciliúmque nouus ille Paſtor fixurus eſt? Quam Eccleſiam (ſponſam enim habeat aut ſaltem adulteram is quem Pſeudoadulterum Optatus vocat neceſſe eſt) quam (inquam) Eccleſiam Patriarchalem poſſidebit? Neminem enim

Vopiſcus in Saturnin.

ex Præſulibus noſtris ſedem illi vacuam relicturum puto. Quem verò ſacrum Senatum, quem Clerum, quos Presbyteros, Diaconóſque ſibi laterales adiunget? Quam diœceſim propriam, cæterarũ matricem, ac radicem exculpturus eſt? Quem vero locum, ſi quando ad Principem dignetur accedere, in Regiâ coram Cardinalibus, Epiſcopis, ac proceribus occupabit? præter iſta, vnde crucem attollere, vnde lituum mouere, Eulogias ſpargere, coronatúmque populo adoranti caput, is enim Patriarchis mos eſt, oſtentare primum incipiet? O iam non malum, ſed ridiculum Optatum, qui ne in Patriarcham venientem vel imprudens, vel fugiens incidat, tam cautè timet: imò qui non timet, ſed vigilantiâ, ac audaciâ quâ præſtat Epiſcopos omnes expergiſci iubet, vt acceleranti Patriarchæ

Emeritenſe Concil. c. 12. Cathedrales Presbyteros, & Diaconos cōſtituere, & ex latere ſuo mittere.

Optatus pag. 11.

vigiles armatique occurrant. At quod Celeſtinus olim Neſtorio hoc Optato nimium Vigilanti refero, *Expergiſcere*, dicis, *non ſunt hæ vigiliæ, non ſunt cuſtodiæ, ſed rapinæ. Dormire te mallemus, nemo tibi eſſet quæſitus, nemo perditus:* Si quos tamen tuâ dementiâ perdiſti, Optate, nemo enim niſi antea mente euerſus, aut voluntate perditus tibi vel deieranti fidem aut fauorem commodarit. Sed malum, inquis, eſt leuiſſima diſcordia, *Inter Regis noſtri legatum, Romæ agentem, & ſummi Pontificis miniſtros ob necatum perduellionis reum, ob ereptos à Minimorum Conuentu aſylo ſeruos Hiſpanorum Catechumenos, an ideò tanquam actum eſſet de Religione, neganda eſt Papæ tanquam hoſti reuerentia & obedientia, omniſque cum eo communio præſcindenda?* Sed Optate, an ideo fingendum eſt, vt fingis nos

Celeſtin. Pontif. ep. ad Neſtorium in Cōcil. Epheſ.

Optatus pag. 21.

nos ab eius reuerentiâ, obedientiâ, & communione ſeceſſionem meditari, & Patriarcham moliri? *hæc enim*, inquis, *ab Vrbano, non vt Eccleſiæ totius Epiſcopo, ſed ab Vrbano Principe Politico profecta, ad Clerum non ſpectant.* Certè multò minus ad Cleri perniciem, à quâ tam alienus Regis, quàm Pontificis animus eſt. Incolumi ſi quidem fidei, Religionis, addo & Charitatis vinculo ac officio, poteſt Chriſtianus Princeps cũ Romano Principe pro iuris gentiũ, aut proprij patrocinio cõtendere, etiam aggrediẽdo armis obuijs dicunt Hiſpani Doctores pro ſuo Principe ſæpiùs in Romanos Pontifices armato, decertantes. Nos tam citò non armamur, nec armati tam temerè lædimus, nec læſi tam impotenter iraſcimur, nec irati tam difficilè placamur. Habuêre aliquas cũ Romano Pontifice con-

Bannes, & Melchior Canus.

Marian. lib. 9. hiſt. c. 5.

Reclamatoria, & reſultatoria quæ-

dam vocat Hadrian. ſec. ep. ad Carol. Cal.

Concil. Turon. an. 1510.

trouerſias circa res temporis, & ſæculi Carolus Caluus, Ludouicus Iunior, Philippus Pulcer, Carolus VIII. & Ludouicus XII. Sed quis eorum de Patriarchæ Gallicani contra Pontificem excitandi conſilium cœpit? Neque caput Eccleſiæ, neque ius Regni deſerendum eſt: cùm enim in Eccleſiaſticis etiam negotijs, ait Concilium Oecumenicum.

Subſcribentibus legatis Hadrian. Pap. Concil. VIII. generale can. 13. εἰ δὲ συγκροτηθείσης συνόδου οἰκουμενικῆς, γένηταί τις, καὶ περὶ τῆς Ἐκκλησίας τῶν Ῥωμαίων ἀμφιβολία, ἔξεστιν εὐλαβῶς, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης αἰδοῦς διαπυνθάνεσθαι περὶ τοῦ προκειμέ-

Si quâ Oecumenicâ Synodo collectâ de Romanâ etiam Eccleſiâ controuerſia extiterit, liceat, cum decenti reuerentiâ, de propoſitâ quæſtione modeſtè percontari, reſponſumque accipere, & iuuare, vel iuuari. Multò magis in ijs quæ ad Ciuilem poteſtatem attinent, ſecundum quam Rex à ſummo Pontifice non pendet, ſed vt Princeps cum Principe comparatur, rem ſuam, honorémque ſuum tueri, ac repoſcere, legitimè poteſt. Sileat ergo inuidioſa tua exclama-

Digitized by Google

tio, Optate, propè futurum vt Papæ tanquam hoſti, *reuerentia, obedientia & communio denegetur*, calumniaris? Papa non ſolùm conuenitur vt Princeps, compellatur vt Monarcha, ſed antea obſecratur vt Parens; decus Gallici nominis, Præfecti Rom. auſu violatũ vt aliqua ſatisfactione redintegrari iubeat. Hæc modeſta poſtulatio non Romæ, ſed Lutetiæ, non ab Italo, ſed ab Optato Gallo Schiſmatis auſpicium vocatur. Qua ſi ab eo tempore Romæ itinera à nobis non vero ab Hiſpanis intercluſa ſint: quaſi publicis Eccleſiarum myſterijs ex ſacris diptychis nomen ſummi Pontificis non quotidie recitetur: quaſi vniuerſa Gallia ſe ſe totam in Romani culminis excidium commouerit, armarit. Vnde hæc tibi inſomnia, Optate, emotique cerebri deliriationes? Nuntium, inquit, Apo-

νυ ζητήματος καὶ δίχα τοῦ λύσιν, καὶ τὸ ὠφελεῖσθαι, τὸ ὠφελεῖν. μὴ μέντοι θρασέως ἀποφέρεσθαι, κατὰ τῶν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ἱεραρχῶν.

Digitized by Google

ſtolicum inuiſere non licet, illius enim aditum, inquit, ſalutationémque Rex Epiſcopis interdixit. Nulla certè Apoſtolicæ Sedi illata iniuria; ad Regem enim, vt opinor mittitur Nuntius: Regem primo adit, ac ſalutat; Regis igitur eſt Epiſcopis ac cæteris ordinibus ſignificare quem, qualemue ſibi nuntium S. Pontifex deſtinarit: Illuſtriſſ. Nuntius vt extraordinarius à Rege agnoſcitur, de Pace nimirum acturus: hanc ei ſolum mandatam prouinciam Rex agnoſcit, ac declarat: Ordinarij titulum ac munus nec agnoſcit, nec à ſui Imperij Prælatis agnoſcendum putat. Securus interim ac lætus viue, Optate, hoc in ſe Rex Chriſtianiſſ. recepit, de cuius fide, ac pietate anxius, de cuius arcanis improbè ſollicitus eſſe non debes. Doleo meliorem tibi de Hiſpaniâ quàm de Patriâ ſenten-

Digitized by Google

tiam inſediſſe : illa nempè poſt iactatas in ſanctiore conſiſtorio Cardinalium ſuorum minas, poſt aſſignatam ſcriptâ conteſtatione Romano Pontifici fidei perniciem, poſt raptũ mediâ Româ, vi armatâ Principem; poſt Nuntij Apoſtolici tribunal euerſum, poſt Carcagnânum Apoſtolicũ in Luſitania Collectorem carcere, ac ínediâ vexatum, adhuc tamen innoxia eſt. Nimirum Hiſpania Optatum non habet : non careret omnibus optatis Gallia ſi careret Optato, quem apud illos natum prębstaret, qui ſomniant quicquid volunt. Vt quid enim nobis in pace bellum, in malaciâ tempeſtatem, in arctiſſimâ concordiâ ſeditionem non ſolum auguratur, ſed indicat ? Cur Patriarchæ imaginoſum prorſus inſomnium, ac merum phantaſma pro oraculo nobis venditat ? cur ignominioſam ſchiſma-

S. Aug. lib. de ſpiritu & lit. ſomniorũ quinque ſpecies, oraculum, viſio,

ſomnium, inſomnium Phantaſma vide Nicephor. in lib. Syneſij de ſom.

ticæ coniurationis maculam Patriæ fronti inurit? atque eo tantùm inſaniæ gradu ſubſiſteret, ac procerum illud ſomnium, vt veteres dicebant, Patriarchæ inane dico ſpectrum per compita circumferret, vnius quidem ſui ludibrio contemptuíque laboraret. Verùm non tantùm mimum, ſed Tragœdiam commentatur, Patriarcham galeatum, ſanguinolentum, immanem non cruce, ſed gladio præeunte venturum prædicit: qui bonorum omnium fortunas deprædetur: qui libertatem Eccleſiæ opprimat: qui exilijs, tormentis, venenis atque ſupplicijs Martyres non conſecret, ſed faciat. Tu verò Optate qui hoc in Galliâ tuâ exoriri poſſe prodigium fingis, magnum ipſe dementiæ, perfidiæque prodigium es? Quo ritu tuum illum Alaſtorem auertemus! quo carmine, quibus formulis hoc mon-

Optat. pag. 27. & vlt.

ſtrum expiabimus? ſanctiſſima veræ Prophetiæ verba impiæ tuæ Aruſpicinæ opponenda ſunt. *Deus ſigna ventriloquorum diſsipabit, & diuinationes de corde: ſapientes conuertens retrorſum, & ſcientiam eorum ſtultam faciens: ſtatuens verbum pueri ſui, & Conſilium Angelorum eius verum oſtendens: dicens Cyro vt ſapiat.*

Eſaiæ c. 44. ſecundũ lxx. vbi Procopius diuinationes de corde dicit eſſe ἀτέκμαρτα, καὶ [illegible] *quæ ſolum videntur ex pro libito fingentibus. Optati ſomnia.*

ὀλίγων Κύρῳ φρονεῖν.

Digitized by Google

EX OPTATI GALLI PARÆNETICO.

Pag. 14.

P*RIMVM autem pro deſtruendâ Eccleſiæ pace, ac LIBERTATE, Diaboli molimen eſt liber duobus tomis diſtinctus, à duobus ferè annis luci datus, qui cum Eccleſiæ libertates, quæ Concilio generali Epheſino nihil aliud, quàm ius commune ſunt, ad reſarciendam Diſciplinæ Eccleſiaſticæ collapſam integritatem, ſcribere in Cleri Gallicani fauorem polliceretur, eóque nomine plures ad ſui commendationem, & lectionem alliceret, vix*

aperiri potuit, quin errorum Arx quædam hæreſeon, & Schiſmatum officina dignoſceretur: quibus non tantùm Romanæ Sedis, ſed totius Hierarchici ordinis poteſtas atque auctoritas peſſumdaretur, & poteſtatis ſæcularis ſeruituti, tyrannico & impio quodam conſilio ſubſterneretur, &c.

Digitized by Google

LIBER IV.

DE LEGITIMO LIBERTATIS ECCLEſiarum Patrocinio.

LIBERALE iudicium veteribus erat, in quo de Libertate quæſtio vertebatur: ad illud Optatus Gallus Pſeudonymus ſcriptorem anonymum vocat, qui geminum de Libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ codicem compegit. At non eſt quod in vtróque volumine nihil præter Galliæ mentem narrari, ac explicari criminetur Optatus: aliud enim Epiſcoporum ſententiâ, aliud Sanctioris Conſilij decreto continetur, quo promulgatio com-

Sententia Epiſcopor. 9. Febr. 1639. ſanctior Cōſil. Decret. 20. Decemb. 1638.

Digitized by Google

merciúmque iſtius operis grauiſſimis pœnis interdictum eſt. Interim verò nullas, aut paucas eſſe veræ Libertatis in Eccleſiâ Gallicanâ rationes, ne ſibi quæſo in mentem inducat: idcircò vt illius ſiniſtram de Gallicanâ Eccleſiâ opinionem hâc in parte deleamus, de legitimo Libertatis Eccleſiarum patrocinio pauca cum eo nobis pertractanda ſunt.

In aſſerendâ Libertate Eccleſiæ Gallicanæ, duo (vt iam monuimus) tam accuratè diſtinguenda, quàm benignè concilianda ſunt. Primum, eſt ius Diuinum Pontificiæ auctoritatis, alterum verò Regij iuris à Deo ordinata auctoritas: inter quorum veluti parallelas lineas Libertas Eccleſiarum mediam ac tutam ſedem habet. Non enim ij rectè ſentiunt qui Libertatem alienæ poteſtati, poteſtatem verò Libertati

Digitized by Google

inimicam exiſtimant: nos ne ſuſpectam quidem eſſe volumus. Vt enim ſuprema poteſtas, ac legitima in eo potiſſimum elucet, quod eorum Libertatem quibus præeſt integram illæſamque tueatur: ita nunquam illuſtriore ac tutiore loco Libertas eſt, quàm cum Diuinæ aut à Deo inſtitutæ ſubijcitur poteſtati, eiuſve imperio, ac legibus feliciter obtemperat. Committitur verò plerúmque nimio partium ſtudio, vt Eccleſiæ Libertas aduersùs vtrámque poteſtatem præpoſterè defendatur. Sunt enim qui Libertatis Eccleſiaſticæ obtentu, ſupremum Pontificem non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, totius vniuerſi Monarcham Imperatoribus ac Regibus imperare velint. Neque ex aduerſo deſunt qui ſupremam Regum auctoritatem in Eccleſiaſticæ gubernationis clauum, tuendæ

S. Cyprian. ep. ad Antonian. Æmulum Sacerdotem formidant Principes.

etiam Eccleſiarum libertatis ſpecie, quàm par eſt obnixiùs admoueant. Vt ab extremis verò natura læditur, ſic ab ijs veritas obſcuratur, virtus impugnatur, animus corrumpitur: medium rectis tenendum eſt. De poteſtatis Pontificiæ, ac Regiæ temperamento nihil ego meum dicam, ſed paucis ijſque ſelectis ipſi Pontifices, Reges ipſi Chriſtiani loquentur: Eccleſia denique ipſa, de cuius agitur Libertate, verba factura eſt. Prima vox illius è diuinis Oraculis erumpit. Ad Leuitas & Sacerdotes refertur, *Omnis cauſſa vbicumque quæſtio eſt de lege, de mandato, de ceremonijs, de iuſtificationibus, & Pontifex in his quæ ad Deum pertinent, præſidebit: dux autem in domo Iuda ſuper ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent*: cætera quæ paſſim in ſacris occurrunt breuitatis cauſâ prætereo. Concilia

2. Paralip. c. 19.

Digitized by Google

non ſemel Epiſcopis, & Clericis rerum ſæcularium adminiſtrationem prohibuêre : ita etiam ſæcularem poteſtatem ab Eccleſiæ adminiſtratione ſubmouêre , quâ lege retinendam Libertatem Eccleſiaſticam decernit Concilium Epheſinum. *Si quis prouinciam occupauerit vel per vim ipſam ſubegerit, ipſam reſtituat, ne Patrum canones prætereantur, néue ſub ſacerdotij prætextu mundanæ poteſtatis faſtus obrepat: ne clam paulatim Libertas amittatur, quam nobis donauit ſanguine ſuo Dominus noſter Ieſus Chriſtus omnium hominum Liberator.* Clariſſimè verò omnium Concilium Chalcedonenſe vbi de diſtributione prouinciarum ab Eccleſiâ factâ, & ab Imperatore immutatâ agit, *Contra canones*, inquit, *Pragmaticæ conſtitutiones nihil poſſint*, quod poſteà Nicolaus I. his verbis reddidit. *Imperiali auctoritate*

Concil. Epheſin. act. 7. in decreto.

ἵνα μὴ τῶν Πατέρων κανόνες παραβαίνωνται, μηδὲ ἐν ἱερουργίας προσχήματι κοσμικῆς τύφος ἐξουσίας παρεισδύηται, μηδὲ λάθωμεν τὴν ἐλευθερίαν κατὰ μικρὸν ἀπολέσαντες, &c.

Concil. Chalcedon. act. 4.

κατὰ κανόνων τὰ πραγματικὰ μηδὲν ἰσχύειν &c.

non poſſunt Eccleſiaſtica iura diſſolui. Sed pro auctoritate Eccleſiæ loquentem Imperatorem audiamus Honorium. *Ipſe*, inquit, *auctor noſtri Imperij, & Reip. quàm nobis credidit gubernator omnipotens Deus, funeſtis admodũ, execrabilibúſque commiſsis creditur iraſci; cum ſi quid de cauſsâ Religionis inter Antiſtites ageretur, Epiſcopale oportuerit eſſe iudicium. Ad illos enim diuinarum rerum interpretatio ad nos Religionis ſpectat obſequium.* Atque aliâ ex parte Pontificem pro Imperatoriâ Maieſtate ſcribentem legamus Gelaſium Papam. *Si quantum ad ordinem pertinet publicæ diſciplinæ cognoſcentes Imperium tibi ſupernâ diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoque parent Religionis Antiſtites; ne vel in rebus mundanis excluſæ videantur obuiare ſententiæ: quo, rogo te, decet affectu eis obedire, qui prærogandis venerabilibus*

Honor. Imp. ep. ad Arcadium.

Gelaſ. Pont. ep. ad Anaſtaſium Imper.

Digitized by Google

nerabilibus ſunt attributi myſterijs? Symmachus Papa in Apologetico ad Anaſtaſium Imperatorem. *Dices omni poteſtati nos ſubditos eſſe debere. Nos quidem poteſtates humanas ſuo loco ſuſcipimus, donec contra Deum ſuas non erigunt voluntates: cæterùm ſi omnis poteſtas à Deo eſt, magis ergo quæ rebus eſt præſtita diuinis. Defer Deo in nobis: & Senatus, Collegio Clericorum Romæ, nos deferemus Deo in te. Cæterum ſi tu Deo non deferas, non potes eius vti priuilegio, cuius iura contemnis.* Cum aliquando verò Leo Iſaurus Imperator profanam hanc vocem emiſiſſet ὅτι βασιλεὺς ϗ ἱερεὺς εἰμὶ, *ſum Rex & Sacerdos*, duplicem ad eum ſcripſit epiſtolam Eccleſiaſticæ Libertatis ſpiritu pleniſſimam Gregorius ſecundus, ad quam interim dum lectorem mitto, pauca hic delibare liceat, ad vtriúſque poteſtatis iura

Symmachus Papa Apol. ad Anaſtaſium Imper. to. 2. Concil.

Vtráque epiſt. ante VIII. Synodũ lectæ digniſſima Gregor. ſec. Pontif. διὰ τοῦτο οἱ Ἀρχιερεῖς περιετάχθησαν εἰς τὰς Ἐκκλησίας ἀπέχοντες τῶν δημοσίων πραγμάτων, καὶ οἱ βασιλεῖς ὁμοίως ἀπέχεσθαι τῶν ἐγκεχειρισμένων φιλοχρίστων βασιλέων καὶ τῶν, &c.

diſcernenda. *Idcirco Eccleſijs prapoſiti ſunt Pontifices, & Reip. negotijs abſtinentes: Imperatores ergo ab Eccleſiaſticis ſimiliter abſtineant, & quæ ſibi cõmiſſa ſunt capeſſant: Conſiliũ verò Chriſti amantium Imperatorũ, & piorum Pontificum VNA VIRTVS EST quãdo cùm pace, & charitate res adminiſtrantur.* Nota locũ minimè vulgarem, ſtudioſe Lector, & vtriúſque epiſtolæ reliqua perlege planè admiranda. Addamus in vtriúſque poteſtatis gratiam, & concordiam verba Nicolai I. Pontificis ingenio, eruditione & ſanctitudine præſtantiſſimi ad Michaëlem Imperatorem. Scio quidem vulgatiora eſſe, iurique canonico inſerta, ſed quæ tamen ſui diuulgatione nunquam obſoleſcent. *Fuerunt hæc ante aduentum Chriſti, vt quidam typicè Reges ſimul, & Sacerdotes exiſterent: ſed cum ad verum*

uentum eſt, vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium vſurpauit. Quoniam idem mediator Dei, & hominum Chriſtus Ieſus, ſic ACTIBVS PROPRIIS ET DIGNITATIBVS DISTINCTIS officia poteſtatis vtriúſque diſcreuit, vt & Chriſtianiſsimi Imperatores pro æternâ vitâ Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum Imperialibus legibus vterentur: quatenus ſpiritalis actio carnalibus diſtaret incurſibus, & ideò militans Deo minimè ſe negotijs ſæcularibus implicaret, ac viciſsim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet negotijs ſæcularibus intentus. Hæc ſcripſit Nicolaus I. quo tempore vt ipſe ait, impietas tantùm caput extulerat, vt Eccleſiarum Præſulibus poſtpoſitis, & ordine canonico con- *Nicol. I. ep. 8. & 10.*

culcato Laïci Eccleſiaſtica modera-
mina tenerent; imò etiam quo Iu-
dices ſæculares Archiepiſcopale Pal-
lium induerant, Michaële Impera-
tore, etiam per ludibrium illis im-
ponente, quod ijs inpoſterum pro-
Concil. VIII. *Act.* 9. hibetur à Concilio octauo Oecu-
menico.

Innocent. III. *Regeſt.* 15. *lib.* 3. *cap.* 202. Innocentius III. ad Illuſtrem Cy-
pri Regem ſcribens Electiones Ec-
cleſiaſticas impedientem. *Dum non
contentus ijs quæ Cæſaris eſſe debent,
ad ea quæ Dei ſunt manus extendis,
actionem contra libertatem Eccleſiæ
intendendo, de calumniâ te reum ex-
hibes apud Deum, ingratitudine ni-
hilominus reconuentum, eò quod Ec-
cleſiam quæ te per Sacramentum Ba-
ptiſmi ſolutis vinculis ſeruitutis, qui-
bus morti peccati tenebaris aſtrictus,
in libertatem ſalutis eripuit, & rege-
nerauit ad vitam, in duram & aſpe-
ram redigere niteris ſeruitutem: cum*

abſurdum ſit & ingratum, vt Matrem filius, & ſponſam Regis Cœleſtis, Rex terrenus ancillet. Sed hæc ſatis ex Syluâ rerum immenſâ decerpſiſſe eſt.

Vt autem doctrinam adeò amplam atque diffuſam ad Galliæ noſtræ limites reducamus, Pelagius Papa ad Childebertum Francorum Regem ſcribens. *Satagendum eſt vt pro auferendo ſuſpicionis ſcandalo obſequium confeſſionis noſtræ miniſtremus: quibus etiam nos ſubditos eſſe, ſanctæ Scripturæ præcipiunt.* Innocentius III. vbi agit de legitimatione, *Rex Franciæ ſuperiorem in temporalibus minimè recognoſcit.* Idem Pontifex ep. ad Prælatos per Franciam conſtitutos, *Non putet aliquis quòd Iuriſdictionem illuſtris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus, cum ipſe iuriſdictionem noſtram, nec velit nec debeat impedire.*

Pelagius Pont. ep. 16. & 25. qu. 1. c. ſatagendum.

Cap. per venerabilē qui filij ſint legitimi, Regeſt. 15. lib. 3. ep. 202.

Cap. nouit de Iudicijs.

Sic etiam Reges ipſi ſupremam in Spiritualibus S. Pontificis poteſtatem profeſſi, vtriúſque poteſtatis officia diſtincta voluerunt. Carolus Magnus in Capitulari Interrogationis: *Interrogandi ſunt in quibus rebus vel locis Eccleſiaſtici laïcis, aut laïci Eccleſiaſticis miniſterium ſuum impediunt*. Concilium Pariſienſe VI. præſente Ludouico Pio. *Quod nec Principes in cauſſas Eccleſiaſticas proſilire, nec Sacerdotes in ſæcularibus negotijs occupari debeant.* Hoc agnouit Carolus Caluus in proclamatione ſuâ aduerſus Vuenilonem Senonum Archiepiſcopum in Concilio Tullenſi factâ, hoc ſanctus Ludouicus in Pragmaticâ Sanctione. *Ludouicus Dei gratiâ Francorum Rex ad perpetuam rei memoriam. Pro ſalubri, & tranquillo ſtatu Eccleſiæ Regni noſtri necnon pro diuini cultus augmento, & Chriſti fidelium ani-*

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. cap. 14.

Concil. Tullenſ. apud Saponarias an. 859. c. 6.

S. Ludouicus in Pragmaticâ Sanctione art. 1.

marum ſalute, vtque gratiam, & auxilium omnipotentis Dei, cuius SOLI DITIONI, ATQVE PROTECTIONI Regnum noſtrum ſemper ſubiectum exſtitit, & nunc eſſe volumus, conſequi valeamus, quæ ſequuntur hoc edicto in perpetuum valituro ſtatuimus, & ordinamus. Primò, vt Eccleſiarum Regni noſtri Prælati, Patroni, & beneficiorum collatores ordinarij, ius ſuum plenarium habeant: & vnicuique ſua Iuriſdictio ſeruetur. Plura ſequentibus articulis. Notum illud Philippi Valeſij regnantis veri cupiens ego cultor haberi, iuro Rem Cleri *LIBERTATEMQVE* tueri. Deficerem ſi perpetuas Regum Chriſtianiſſimorum de Libertate Eccleſiarum conſeruandâ Declarationes vel ſolum enumerare tentarem; ſufficiat eas renouatas eſſe in Comitijs Aurelianenſibus, Bleſenſi-

Vide Ioan. Feraltum lib. de iuribus Regni Franc.

Digitized by Google

bus, edicto Melodunenſi, necnon feliciſſimis Ludouici XIII. temporibus: Nihil vt ſit importunius Optati querimoniâ, ſi ad libros quos Rex non probauit, nihil autem iniquius, ſi ad Regem ipſum referatur: *Optat. pag. 15.* *Non tantùm Romanæ Sedis, ſed totius Hierarchici Ordinis poteſtatem atque auctoritatem peſſumdari, & poteſtatis ſæcularis ſeruituti tyrannico, & impio quodam conſilio ſubſterni.* At longè ab hâc ſuſpicione recedendum, Eccleſiam enim in rerum diuinarum interpretatione, & adminiſtratione à Deo ſolo pendêre de fide eſt: in ſpiritualium & Eccleſiaſtici quoque iuris re- *Thucydid. lib. 5.* rum cognitione αὐτονόμον eſſe, αὐτοτελῆ ϗ αὐτόδικον: quod æquiori ratione, quam olim templo, & Sacerdotio Delphico ei competit. Quantùm verò fieri poteſt, vtriúſque poteſtatis procuranda concordia eſt, cum

vt

vt rectè dicitur alicubi in Synodo ſeptimâ, *Sacerdotium ſit Regni ſanctificatio ac inſtauratio, Regnum verò Sacerdotij vis ac ſtabilitas.* Qui tam iuſtum ſanctúmque fœdus labefactare aut diſſoluere moliuntur, omnibus rogantibus quæ ad pacem ſunt Hieruſalem, hoc eſt qui Eccleſiæ Patriæque bona quærunt, ſacri & inteſtabiles haberi debent. Præclarè vtriúſque cultor egregius S. Bernardus, *Non veniat*, inquit, *anima mea in conſilium eorum, qui dicunt vel Imperio pacem, & LIBERTATEM Eccleſiarum: vel Eccleſijs proſperitatem, & exaltationem Imperij nocituram: non enim vtriúſque inſtitutor Deus in deſtructionem ea connexuit, ſed in ædificationem.* Clariùs Arnulphus Lexouienſis Epiſcopus inter optimos Regum monitores reponendus, *dignitas*, inquit, *Eccleſiaſtica regiam*

Synodi 7. act. 3. ἱερωσύνη βασιλείας ἁγιασμός ἐστι, καὶ ἀναστοιχείωσις, καὶ βασιλεία ἱερωσύνης ἰσχὺς, καὶ κραταίωμα.

S. Bernard. ep. 245.

Arnulph. ep. 68.

Digitized by Google

prouehit potiùs quam adimit dignitatem, & Regalis dignitas Eccleſiaſticam conſeruare potiùs conſueuit quam tollere libertatem. Etenim quaſi quibuſdam inuicem ſibi complexibus dignitas Eccleſiaſtica, & Regalis occurrunt, cùm nec Reges ſalutem ſine Eccleſiâ, nec Eccleſia Pacem ſine protectione Regiâ conſequatur.

Atque hæc de Libertate Eccleſiarum, quatenus Principes reſpicit, obiter dicta ſint: quæ non vt à me profecta, ſed ab Eccleſiâ, aut ſummis Eccleſiæ Monarchiæque viris edita cordatus lector æſtimabit.

Concil. Chalced. act. 4. ... τῶν Ἐκκλησιῶν Ἀρχιεπίσκοπος.

Supereſt altera LIBERTATIS eiuſdem veluti facies, quatenus Eccleſiæ Romanæ Pontifici, tanquam ſupremo, ac vniuerſali Eccleſiarum omnium, & Epiſcoporum Epiſcopo, ſubiungitur. Eſt enim inprimis hoc ſentiendum, Supremam illam potentiam non aduerſari Libertati

Eccleſiarum, quin imò potiùs eam ſtudio fouére, beneuolentiâ tuêri, auctoritate protegere. Proinde allucinantur vltrò qui illam ſolam Eccleſiam, cæteras ὁμωνύμους Eccleſias eſſe: ſolam Epiſcopatu fungi, adeóque cæteras ad nutum cogere, & pro libito euertere, ac deſtruere poſſe opinantur. Multùm ſanè ab hac ſententiâ abhorrêre ſe teſtatur Zoſimus Pontifex epiſt. ad Epiſcopos Prouinciæ Viennenſis, & Narbonenſis, vbi de Arelatenſis Sedis prærogatiuâ à Proculo attentatâ, *Indecens auſus*, inquit, *& in ipſo veſtibulo reſecandus, hoc ab Epiſcopis ob certas cauſas Concilium agitantibus extorquêre, quod contra ſtatuta Patrum concedere, vel mutare, ne huius quidem Sedis poſſit auctoritas. Apud nos enim inconuulſis radicibus viuit antiquitas, cui decreta Patrum ſanxêre reuerentiam.* Vnde poteſtatis

Zoſim. Pontif. ep. 7.

illius ſpiritalis apex Eccleſiæ Romanæ à Deo conceſſus nomine religioſo Apoſtolatus dicitur, non verò propriè Dominatus: monuit eâ de re Eugenium Papam Præceptor, *Conſideres ante omnia ſanctam Romanam Eccleſiam cui Deo auctore praes, Eccleſiarum Matrem eſſe non Dominam: te verò non Dominum Epiſcoporum, ſed vnum ex ipſis.* Plura tamen addit quæ iure diuino Romanum Pontificem cæteris Epiſcopis ſuperiorem aſſerant, *Malleum tyrannorum, Regum Patrem, Cleri ordinatorem, Legum moderatorem, Canonum diſpenſatorem, Vicarium Chriſti, Chriſtũ Domini.* Non eſt igitur mirum, ſub illius poteſtatis Pontificiæ, quæ aut dominatus in Cleris non eſt, aut certè blandum maternumque dominium eſt, non dicam vmbrâ ſed luce, inferiorum Eccleſiarum non ſolum Libertatem tranquilliſſimè reſpirare, ſed etiam

S. Bernard. lib. 4. de conſiderat. ad Eugen.

Blandum dominium vocat Nicol. II. in priuilegio ſanctæ fœlicitatis.

Digitized by Google

dignitatem pulcherrimè florêre, ac exornari. Atque inde conſtat primò Eccleſias quaſdam Romanâ inferiores APOSTOLICAS dictas eſſe, ſiue quod ab Apoſtolis, ſiue etiam quod ab Apoſtolicis viris conditæ eſſent, vt & alias propter diuinæ fidei vnitatem, & Apoſtolicæ doctrinæ conſanguinitatem, vt non vno loco Tertullianus, & S. Auguſtinus docēt. Pelagius ipſe Papa ſecūdus ita loqui non dubitat, & Conſtantinus Imper. ep. ad Agathonem. CATHOLICÆ quoque titulum primò quidē ſibi peculiari quodam iure ſumpſit Eccleſia Romana: ſed alias etiam eo infra ſe gaudêre non ægrè tulit, teſtis vel illa S. Polycarpi laudatio *Magiſter Apoſtolicus Epiſcopus Catholicæ Smyrnenſis Eccleſiæ* Quo loco non legit Græcum contextum Optatus, qui titulum illius Epiſtolæ falsò refert

Tertul. lib. de Velandis Virginib. & lib. de præſcript. S. Auguſt. ep. 162. & apud Pelagium II. Papam ep. 5. ad Iſtriæ Epiſcopos.

Euſeb. lib. 14. cap. 15. Διδάσκαλος Ἀποστολικὸς ὁ ἐν Σμύρνῃ Καθολικῆς Ἐκκλησίας.

in hunc modum, *Eccleſia Smyrnenſis Eccleſiæ Catholicæ quæ eſt in Philomilio, & alijs ſanctis per Orbem ſparſis Catholicis*, Cùm ita habeat ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομιλίῳ καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας Καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις, id eſt, Eccleſia Smyrnæ Eccleſiæ quæ eſt in Philomilio, & cæteris per omnes locos ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ Parœcijs, ſed pergamus. Nomen quoque SANCTÆ haud ſecus: nam omnibus fere Cathedralibus concedi ſolitum. Æneas Epiſcopus in canonicæ ſeu dimiſſoriæ Epiſtolæ formulâ, *Æneas ſancta Pariſienſis Eccleſiæ Epiſcopus*. Ipſe Papa Symmachus ep. ad Cæſarium, *Rationabile eſt vt ſancta Arelatenſis Eccleſia proprijs priuilegijs perfruatur*. Nihil crebriùs occurrit. Quin etiam *PRIMÆ SEDIS* titulũq́ ex Carthaginenſi

Concil. Chalced. act. 4. πόλεων ἁγιωτάτη Ἐκκλησία.

Cod. de Sacroſ. Eccleſ. toties ſãctiſſimis Eccleſiis omnes domus alia cedunt.

Refertur apud Baron. an. 514. & de eadem Nicol. Pap. ep. ad Roſlandum.

Concilio, ita alijs etiam concedit Hadrianus Pontifex: *Ille qui primam Sedem retinet tantummodò primæ Sedis appelletur Epiſcopus, ſaluâ ſemper in omnibus auctoritate B. Petri Apoſtoli.* Adde titulum *MATRIS* ita Baſilius de Eccleſiâ ſuâ Cæſarienſi, & Gregorius Nazianzenus. Hieroſolymitana verò ratione initij fidei μητὴρ ἐκκλησιῶν in Epiſtolâ Synodicâ dicitur. Aliæ Cathedrales etiam Matres, Pontificale Vetus Pariſiẽſe in benedictione Abbatis, *Ego N. promitto Eccleſiæ N. Matri meæ, tibique Eccleſiæ ipſius Epiſcopo reuerentiam & obedientiam.* Cæſarius Arelatenſis, & Deſiderius Cadurcenſis vtérque in teſtamento ſuo & Innocentius II. de Nouiomenſi Eccleſiâ in epiſt. ad Rothomag. Archiep. *Epiſcopalis*, inquit, *& Mater Eccleſia.* Filiæ tamen ſunt omnes Matris vnius Eccleſiæ Ro-

L. decreuimus C. de Sacroſ. Eccleſ.

Hadrianus in Capitulis Angilramno datis, c. 23.

Baſil. ep. 30. & Greg. Nazian. ep. 29.

Theodoret. lib. 5. hiſt.

manæ quæ & radix & Matrix omnium eſt: Quemadmodum ergo filias ingenuas, atque ſub imperio materno liberaliter educatas, eique obſequentes, nemo niſi per contumeliam ancillas dixerit; ita nec Eccleſias Romanæ ſubiectas ſeruitutem ſeruire, niſi perabſurdè dici haud quáquam poteſt.

Apud Bellarmin. in reſponſ. ad ſec. Opuſc. Gerſon. Quod autem ad Gallicanam Eccleſiam ſpectat, non defuêre qui Gallicanas potiùs Eccleſias plurium numero cenſuerint appellandas; ne, inquiunt, ex ijs vna quædam Eccleſia Romanæ oppoſita, vel compoſita exurgere videatur. *Ariſtot. in Epicategorijs.* At prætérquam quod vt Scholæ perſonant, non omnis oppoſitio contraria, priuatiua vel contradictoria, ſed relatiua etiam quædam eſt, vt filiæ ad Matrem: nec omnis etiam compoſitio aut comparatio æqualium eſt, ſed etiam proportione conuenientium:

Digitized by Google

tium: Ipſi in re tutiſſimâ aut formidine, aut ſuperſtitione mirum in modum abundant. Quaſi verò ſummorum Pontificum idioma non ſit ac loquendi forma. Gregorius Magn. ſcribens Auguſtino Anglorum Epiſc. *Mihi placet vt ſiue in Romanâ ſiue in Gallicanâ ſiue in quâlibet, Eccleſiâ aliquid inueniſti, quod plus omnipotenti Deo placère poſſit, ſollicitè eligas.* Sic loquitur Alexander III. in canonizatione S. Bernardi, idem toties in appendice Concilij Lateran. III. Innocent. III. *de bannis ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ Gallicanæ editis.* Sed quid hos omnes commemoro, vnus, mihi inſtar omnium Vrbanus VIII. Doctor orbis, ſcripſit aliquando ad Eminentiſſimum Cardinalem Richelium, *Exurge, dilecte fili noſter, tona voce magnitudinis tuæ, audiantur ex te Conſilia tanquam ex aliquo veritatis*

Cap. nouit. d. 12.

Ad Prælatos Eccleſiæ Gallicanæ vt c. 2. de frigidis.

Vrbanus VIII. in prolixo, & elucubratiſſimo breui dato Romæ apud ſanctam Mariam maiorẽ die 7. Maij 1626.

Digitized by Google

oraculo ſupra humana Eccleſiæ Gallicanæ. Hæc de nomine.

Sed quænam illæ tanti nominis Eccleſiæ Gallicanæ Libertates? Vno ferè verbo complecti poſſem omnes, quod nec ab Optato diſſimulatum, nempe *quæ iuris communis ſunt*, præter eas ſcilicet quæ Concordatis mutuô Pontificis Regiſque pactô ſunt immutatæ. Verùm vt aliquid paulò clariùs dicamus, non tamen ad ſingulas deſcendendo, Libertates ad dignitatem, ad iuriſdictionem, vel ad conſuetudinem omnes reuocari poſſunt.

Dignitatis illæ ſunt, quæ ad ordinem Eccleſiarum inter ſe pertinent, quâ ſcilicet aliæ alijs, ferè antiquiores ſic & priores, digniorésque cenſentur, quales illæ præſertim quas Euſebius Metropoles inſignes, præcellentes, illuſtriſſimas Eccleſias vocat μητροπόλεις ἐπισήμους παρὰ τὰς

Euſeb. lib. 5. hiſt. Eccleſ. & lib. 1. ἐπισημοτάτας παροικίας, δια-

ἄλλας διαφέρουσας, διαφανεστάτης Ἐκκλησίας: De iſtis Eccleſiarum prærogatiuis edita Lex in Concilio Nicæno, *Vt Eccleſiarum prærogatiuæ ſeruentur*, πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς Ἐκκλησίαις. *Proprij Eccleſiarum honores* dicuntur à S. Leone, *& propria ornamenta*, προνόμια etiam dicuntur, niſi quis priuilegium, quod fauoris eſt, à prærogatiuâ quæ iuris eſt, velit diſtinguere. Promiſcuè tamen vſurpantur ſæpiſſimè. De ijs S. Leo ep. ad Marcianum, *Priuilegia Eccleſiarum (& Monaſteriorum temerè addit Gratianus) ſanctorum Patrum canonibus inſtituta, nullâ poſſunt improbitate conuelli, nullâ nouitate mutari: In quo opere auxiliante Chriſto, fideliter exequendo, neceſſe eſt huius ſanctæ Sedis Pontifices perſeuerantem exhibere famulatum. Diſpenſatio enim nobis credita eſt, & ad noſtrum tendit reatum, ſi Paternarum regulæ*

πρέπουσας, καὶ μνημονεύει μιᾶς Ἐκκλησίας.

Concil. Nican. can. 6. & Conſtantinop. c. 2.

S. Leo ep. ad Anatolium.

Socrat. lib. 5. hiſtor. Eccleſ. c. 19. pro priuilegio verò Iuſtin.

S. Leo ep. 52. vel 54.

ſanctionum nobis conſentientibus vel negligentibus violentur. πρεσβεῖα autem illa dignitatis, Eccleſiarum, non perſonarum priuilegia ſunt, ait Hilarius ep. 4. Hilarius Papa: vnde poſt damnatum Dioſcorum Patriarcham, *nihil*, inquit, S. Leo, *Alexandrinæ Sedi pereat dignitatis, aliud enim ſunt Sedes, aliud Præſidentes.*

Iuriſdictio dignitati accedit, quæ vt legitimè exerceatur, etiam ſuam Libertatem poſtulat: cuius præcipua incolumitas, à Primæ Sedis auctoritate, ac præſidio pendet: tantùm abeſt, vt illi ab eâ quicquam diſpendij aut imminutionis ſit formidandum. S. Leo ep. 82. vel 84. S. Leo Anaſtaſio vices ſuas committens in Oriente, *ſecundùm ſanctorum Patrum canones*, inquit, *ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentiâ conſecratos, Metropolitanos ſingularum Prouinciarum Epiſcopos, quibus ex delegatio-*

ne noſtrâ, fraternitatis tuæ cura prætenditur, ius traditæ ſibi antiquitùs dignitatis intemeratum habere decreuimus. Ius dignitatis autem iuriſdictio eſt, vt ipſe poſteà explicat. Adnexa verò dignitati αὐθεντίας iura, licet priuilegia vocet, lato quidem vocabulo, titulo tamen iuſtitiæ conſeruari à ſe debere teſtatur S. Gregorius Dominico Carthaginenſi Epiſcopo ſcribens. *De Eccleſiaſticis priuilegijs hoc, poſtpoſitâ dubitatione teneas, quia ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſque Eccleſijs ſua iura ſeruamus, nec cuilibet fauente gratiâ, vltra quàm meretur, impertiar, nec vlli hoc quod ſui iuris eſt, ambitu ſtimulante derogabo.*

Gregor. Magn. lib. 2. ep. 39.

Conſuetudo tandem Eccleſiarum Libertatem etiam ſuam vendicat, dummodo ſit conſuetudo *rationabilis, & legitimè præſcripta.* Dicebat optimè noſter Irenæus illam con-

Cap. fin. de conſuetud.

S. Irenæus apud Euſeb. lib. 5. c. 26.

Digitized by Google

ſuetudinum diuerſitatem, fidei vnanimitatem conſeruare ἡ νηστείας διαφωνία τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι. Imò & conſuetudinum indifferentium varietatem probat S. Auguſtinus ep. ad Ianuar. & de ijs ita pronuntiat,
S. Aug. ep. 86. 118. & 119. & lib. de dogmatibus Eccleſ. c. 22. ex S. Ambroſio. *Totum hoc genus rerum liberas habet obſeruationes. Tu ad quam fortè Eccleſiam veneris, eius morem ſerua. Si cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi. Hanc ſententiam ſemper habui, tanquam eam cœleſti oraculo ſuſceperim.* Quin etiam conſuetudines Eccleſiæ propriæ, tanquam leges Apoſtolicas, obſeruari conſu-
S. Hieron. ep. 28. lit S. Hieronymus.

Si verò agendum de Libertate conſuetudinum Eccleſiæ Gallicanæ, eam non vno loco probat Alexander III. in appendice Concilij III. Lateranenſis, eámque aliquando, etſi contrariam cõſuetudini Eccleſiæ Romanæ, non vult tamen

contemni, *Licet Eccleſia Romana propter maleficia legitimè coniunctos diuidere non conſueuerit, SI TAMEN CONSVETVDO GENERALIS ECCLESIÆ GALLICANÆ HABET, vt huiuſmodi matrimonium diſſoluatur, nos patienter tolerabimus.* Proclamationes quoque edictorum ſeu bannorum matrimonialiũ acceptas refert conſuetudini Eccleſiæ Gallicanæ Innocentius III.

Et cap. 2. de frigidis.

Innocẽt. III. cap. cum in tua de ſponſalib.

Hæc ſunt igitur ſuprema libertatum Eccleſiæ Gallicanæ capita, quæ cum Eunomio Epiſcopo τὰ Κανονικὰ, id eſt, *canonicæ prærogatiuæ* canonũ auctoritate, iure, & conſuetudine ſuffultæ dici poſſunt. De ſingulis autem earum ſpeciebus, & modis non eſt hic dicendi locus, niſi fortè de immunitate quæ cum Optato libro ſequenti diſceptabitur.

In Concil. Chalcedon. act. 13. Eunomius Nicomed. παρακαλῶ τὰ κανονικὰ τῆς Νικομηδείας μητρόπ. κατὰ τοὺς κρατήσαντας ἀρχῆθεν κανόνας, καὶ ἔθη φυλαχθῆναι.

EX
OPTATI GALLI
PARÆNETICO,
Pag. 16.

LIBER iſte de libertatibus non ſolum in perſonas altarium miniſterio affixas, ſed in bona Chriſti fiſco addicta et ditionem politicam priuilegij Clericalis & immunitatis Eccleſiaſticæ omnimodâ reſciſſione, atque euerſione ius omne transferre molitur. Quin & ſecundo tomo Bullam quandam ſub nomine Bonifacij Octaui integrè tranſcriptam habet quaS. Ludouici Nepoti Philippo Pulcro Pontifex pecuniaria ſubſidia; etiam nullo Epiſcoporum Regnicolarum expectato conſenſu, in Regni tutelam & hoſtium debellationem accipere, priuilegium conceſſum videtur. Quam

velut ſecundam condendo ſchiſmati paratam machinam rei Quæſtuariæ Præfectus quidam immaniſſimus & Eccleſiæ Chriſti hoſtis infenſiſſimus, in Clerum attonitum & pluſquam fas eſt trepidantem magnis vocibus & niſibus contorquet. Sed hæc infernalis Balliſta vos non moueat, &c.

Pag. 20. Qui in Galliâ ſchiſma volunt vulpinam leoninæ pellem coniungentes, paucis ab hinc diebus aliquos minus prudentes, & in Romanam Eccleſiam non ſatis propenſos; etiam veſtri ordinis ſacratiſſimi viros blandè ſubmiſerunt, qui vobis conſilium in Cleri Gallicani, vt videbatur, leuamen, ſed reuera in ſchiſmatis atque impietatis patrocinium, conceptum vobis inſinuarent: Annatas nimirum vi concordatorum ſummo Pontifici debitas, ex antiquo more perſoluendas, &c.

Digitized by Google

LIBER V.

DE ECCLESIASTICIS SVBSIDIIS,

ERGA

REGEM ET S. PONTIFICEM.

QVandoquidem veteres apud Chriſtianos ea præcipue veritas obtinebat, æternum nobis municipatum in cœlo fixum eſſe: Non erat hercle mirandum, quod incolumi tamen charitate, *nullam rem magis alienam quàm publicam ducerent.* *Tertull. Apologet.* Solemne iis erat hâc inprimis ſen-

Digitized by Google

tentiâ, inſaniſſimam de rebus nouis calumniam diluere: eam nimirum quæ paſſim in ore infidelium erat: *Chriſtiani ſunt & Samaritæ, quibus præſentia ſemper tempora cum enormi libertate diſpliceant.* Chriſtianus equidem Ethnicis fuiſſet tunc temporis Optatus, qui modo Chriſtianis pene Ethnicus vult videri, dum tam facile quibuſuis obtrectat: atque in hodierni etiam imperij moderationem, non libertatem, ſed licentiam diſſolutam ac effrænem exercet. Ecce Regium Ærarium non quidem manu, ſed linguâ perfodit, gazas ſcrutatur, Præfectum rei Queſtuariæ immaniſſimum vocat, quâ dicendi formâ, nec latinè loquitur, aliud enim rem quæſturæ, aliud rem queſtuariam eſſe, filij Grammaticorum docent, nec Gallicè hoc eſt

Flauius Vopiſcus in Saturnino.

humanè ſentit. Non veniſſet vnquam in mentem modeſto ac ſobrio ſcriptori, virum antiqui nominis, excelſæ dignitatis, conſiſtorialem, emeritum, Senatus ampliſſimi Præſidem, difficillimi muneris tædium & inuidiam ſuſtinentem, conuitio premere: cuius conſcientia & integritas vnius Principis, quo gratioſiſſime potitur, iudicio probari, cæteris demum approbari debet. Ad rem ipſam veniamus. Querela Optati hæc eſt, Eccleſiam vexari pondere ſubſidiorum, quæ per iniuriam impoſita, per vim exiguntur. Vtrumque fictum & calomnioſum: quod enim ad ius attinet, verum quidem eſt res Eccleſiæ ipſis etiam principibus ſacras eſſe debere. In publicis verò incommodis quæ neceſſitati tribui neceſſe eſt, communi Patriæ

ſubleuandæ auxilium ab Eccleſiâ expetere Principi licet, atque etiam expedit. Cum enim Eccleſiâ ſit in Republicâ, non Res publica, in Eccleſiâ aiebat melior Optatus, Rempublicam inſtar nauigij ſui ſaluam velle è re Eccleſiæ maxime eſt. Iacturam ergo aliquam, illius aut ſui potius cauſsâ ſi faciat, non eſt in damno reponendum; cum eam ſi minimè faceret, non iam fortunis quas contemnit, ſed ſaluti ſuæ in quâ continetur omnium ſalus, proculdubio periculum crearet. Non eſt verò dubitandum ea quæ pro ſe Reipublicæ, ſibique pro Republicâ conſeruandæ debet Eccleſia, Principem iure poſſe ad vtriuſque incolumitatem aſſumere. Audiui quoſdam Roboami exemplum huc accerſentes; non tam appoſitè fortaſſis, nam illius pri-

Optatus Milenitan. lib. 3. in Parmen.

Etiam ij qui exemptionem & immunitatem Eccleſiarum & Clericorum dicunt eſſe à iure diuino, tenent tamen eos teneri ad publicæ neceſſitatis

Digitized by Google

mùm ignauia contigerat vt Seſac quem Seſoſtrim Aegyptiorum Regem fuiſſe volunt, nullo commiſſo prælio vrbem ingreſſus theſauros domus Domini diriperet. At Ioas vt Hazaelem Syriæ Regem à Solymorum excidio dimoueret, *tulit omnia ſanctificata Patrum ſuorum*, vt cui ſe viribus minimè parem cõfidebat, eum muneribus vinceret: quod poſtea Ezechias, ſed ignominioſo tributi nomine erga Regem Aſſyrium fecit. Verum longè illuſtrior Principum noſtrorum fortitudo, qui ſi quando Eccleſiæ opem poſtulauere, id manu iam in hoſtem armatâ, nec ſeruitutis metuentes, ſed victoriæ pene ſecuri fecerunt: præſertim in iis rebus cõparandis quæ ad Religionis vindicias aut præſidia ſpectabant, aut iis propulſandis à quibus non minus

ſubſidia V. Hēriq. lib. 10. c. 15. Nauar. de reddit. Eccleſ. qu. 1. &c.

Lib. 3. Regum c. 14.

Lib. 3. Reg. c. 12. & 18.

Eccleſiæ quam Regno formidabile diſcrimen impendebat. Deſolatis enim prouinciis, vrbibus, oppidiſque conſumptis, non templa, non puluinaria, non aræ: ſic euerſis aris ac templis Religionis cultus integer ac florens ſupereſſe non poteſt. Horum omnium veluti ſalutis augurium, in Principis à Deo excitati virtute poſitum eſt; illius ſollicitudine ſeruamur, periculo pugnamus, felicitate vincimus. Neminem igitur cum præſidio ſuo deſtituat, omnium auxilia iure ſuo clementer expoſcere poteſt. Enimuero tacitè id etiam ineſſe donationibus Regiis videtur, quarum beneficio Eccleſiæ erectæ, dotatæ atque locupletatæ plurimę fuerunt; vt ſi quam earum partem iuſta ipſarum defenſio requireret, non cunctanter ad Principis voluntatem, atque

nu-

Digitized by Google

nitum ex conſenſu redhiberetur. Cum immunitas etiam Eccleſiarum facultatibus, in gratiam pauperum conceſſa ſit, vt Concilium Gallicanæ Nationis Aureliæ celebratum docet, æquiſſimum eſt Eccleſiam Patriæ potiſſimùm laboranti, ex Patriæ beneficiis opem ferre. Non ignoro Clotarii Regis conſtitutionem *Eccleſia vel Clericis aut quibuſlibet perſonis nullam requirant agentes publici functionem*. Sed præterquam quod id priuilegij eſt potius quàm legis, cum aliud Gregorius 1. in iis quæ ad vrbis ſecuritatem ſpectant, conſtituerit: hoc, vt clarum eſt, citra neceſſitatem cuius lex ſumma eſt, aut cuius ſumma vis legem neſcit, intelligendum venit.

Concil. Aurelian. 1. ſub Clodoueo an. 511.

Clotarij Regis conſtitutio generalis to. 2. Concil Gall. an. 560.

S. Gregorius lib. 7. ep. 20. & c. 2. de immunit. Eccleſ.

At inquit Optatus, vis adhibetur, cuius vt vehementiam ampli-

Digitized by Google

ficet, Balliſtæ infernalis nomine abutitur. Nec Balliſta, nec Aries, Optate, adhibitus eſt vnquam, nec vis vlla incuſſa eſt; imò nihil vnquam tributi nomine, ab Eccleſiis repetitum, quamuis illud S. Vrbani Papę in corpus Iuris relatum ſit, *Tributum in ore piſcis, teſtante Petro, inuentum eſt, quia de exterioribus Eccleſiæ, quod conſtitutum antiquitùs eſt, qui nos tueri & defenſare debent, Imperatoribus perſoluendum eſt.* At Concilium Pariſienſe teſtatur Reges noſtros eiuſmodi onus ab Eccleſiaſtico agro, manſo, & mancipiis penitus exemiſſe, ne aliquem cenſum Presbyteri perſoluere cogerētur, & ſtatuiſſe quod olim Demetrius, *Abſoluo vos à tributis & pretia ſalis indulgeo, & coronas remitto: Hieruſalem ſit ſancta & libera cum finibus ſuis, & decima, &*

Can. tributum 23. qu. 8. S. Ambroſ. ep. 33. tributum Cæſaris eſt, non negatur, &c. V. & Iſidor. Peluſ.

1. Machab cap. 10.

tributa ipſius ſint. Sed hoc quidem pacatis temporibus, cum vnuſquiſque habitaret ſub vite ſuâ & ſub *Li. 3. Reg.*
ficu ſuâ : vbi vero difficiliora inciderunt, exhauſto ærario, penuriâ per plebem, ac fame per exercitum graſſante, apud Eccleſiam voluntariæ largitionis flagitatione certatum eſt; *Qualis illa pia contributio, ob quam nemo lacrymatus eſt* à Syneſio Epiſcopo tantopere *Syneſius ep. 73.*
commendatur. Quò ſpectat illud *εἰσφορὰ εὐσεβὴς ἐφ' ᾗ οὐδεὶς ἐδάκρυσεν, &c.*
ex quodam Capitulari *Omnibus nos corrigentes, Poſteriſque noſtris exemplum dantes, generaliter* *Capitul. lib. 6.*
interdicimus vt nullus Laicus homo, vel Imperator, vel Rex, aut aliquis præfectorum vel Comitum ſecnlari poteſtate fultus, ſibi per violentiam, aut à nobis competere, vel quocumque modo inuadere præſumat monaſteria aut prædia, vel quaſcumque

res &c. Hanc ſibi legem dixêre atque perpetuò ſeruauêre Galli Monarchæ, eâque de re verecundè leniterque admonêri, gratiſſimum habuêre, vt clarum eſt ex præclarâ illâ Exhortatione Gallicanorum Antiſtitum ad tres Principes fratres Lotharium, Ludouicum & Carolum Caluum, à quibus Eccleſiarum immunitatem confirmari exorant; neceſſarium tamen reipublicæ ſubſidium nihilominus offerentes, prolixiora quidem verba, ſed magni ponderis & auctoritatis; *Vos*, inquiunt, *Chriſtianiſſimi Principes, venerabiliter admonemus, & deuotiſſimè obſecramus, vt memores ſalutis veſtræ, præſentis ſcilicet & æternæ, memores etiam largitatis progenitorum veſtrorum erga ſanctas Eccleſias, propter quam fœliciter regnauêrunt, & ſibi contrarios*

In Cōcilio apud Theodonis villam, an. 844.

ſuperauerunt; memores ſi quidem cum quantâ Religione, etiam ante Chriſti ſanguinem, & in tempore famis in Ægypto, diſcretione ſancti Ioſeph apud nefandum Principem Pharaonem, terra Sacerdotalis extitit: innumera quoque ſcripturarum exempla, vt lacte Eccleſiæ nutriti, & ſcientiæ ipſius vberibus ſufficienter repleti, ante oculos reducentes, tunicam Chriſti qui vos elegit & exaltauit, quam nec milites auſi fuerunt ſcindere, tempore veſtro, quantocitius reconſuite & reſarcite, & nec violentâ ablatione, *nec inlicitorum præceptorum confirmatione, res ab Eccleſiis vobis, ad tuendum & defendendum, ac propagandum commiſſis, auferre tentate &c. Cum vos Deo placebitis, ille in vobis quod promiſit implebit. Cum placuerint, inquiens, Domino via hominis, omnes inimicos* Prou. 16.

eius conuertet ad pacem. Quod vt commodiùs valeatis implêre, vnuſquiſque vir Eccleſiaſticus & interceſſionis adiutorium, & ſolatij quo reſpublica indiget ſubſidium, iuxta quantitatem rerum Eccleſiæ ſibi commiſſæ, ſaluo iure, quod exinde diuinis diſpenſationibus debet impendi, promptè & ex animo parare, & impigrè, ſicut tempore anteceſſorum vestrorum conſueuerat, ſtudebit offerre. Huic Cleri Gallicani conteſtationi nihil prorſus, quod hanc materiam illuſtret, adiici poteſt.

Verùm quia de Bonifacij VIII. Bullâ, quâ, non expectato etiam Cleri conſenſu, pecuniaria ſubſidia ad Regni defenſionem accipere conceditur, nobis litem mouit Optatus, etſi eâ Bullâ vti neceſſe non ſit, vt falſi tamen crimen de-

pellamus, de eâ paucis agendum. Cum anno Domini ducenteſimo nonageſimo ſexto, ſupra milleſimum, Bonifacius VIII. Decretalem promulgaſſet quæ incipit ab his verbis *Clericis Laïcos* quâ ſub Anathemate prohibet Principes à Clericis exigere, Clericos Principibus quidquam ex ſacro Patrimonio erogare, inconſultâ Sede Apoſtolicâ: Philippus Pulcer Reſponſiones ad eam Bullam Pontifici miſit, cum ſupplicatione Prælatorum Regni, quibus hæc, inter cætera, ipſi ob oculos hoc ferè ordine ponebantur, *Eccleſiam conſtare ex Clericis non ſolum, ſed etiam ex Laïcis; conceſſas Clericis à Principibus libertates: non debere Clericos ex deuotione Principum ditatos, tanquam partes ſuo vniuerſo non reſpondentes, ac membra inutilia ac paralytica ca-*

Cap. 3. de immunitate Eccl. in 6. Anagniæ 11. Kal. Octo.

Carthophylact. Reg. vol. 6. 29.

piti, corporíque ſuo debita ſubſidia denegare: Denique naturalis Iuris iniuriam videri, prohibêre cuicumque ſeruo vel libero, Clerico vel Laïco, nobili vel ignobili, clypeum defenſionis obiicere, contra hoſtilem gladium, aut ſtipendia ſoluere defenſori. Quæquidem rationes tantum apud S. Pontificem valuêrunt, vt alterâ Bullâ datâ ad vrbem veterem 11. Kal. Auguſti anno tert. Pontificatus, hoc eſt anno 1297. ſequentia declararet; Primò, *priore decretali Clericis factam prohibitionem non extendi ad donaria, vel mutua voluntaria Prælatorum & Perſonarum Eccleſiaſticarum Regni, factâ etiam requiſitione Curiali & amicâ ipſius Regis præcedente. Secundò, per eam conſtitutionem non impediri feudalia, cenſualia, ſeu qualibet alia iura, & alia ſeruitia in datione rerum*

Eccle-

ſiaſticarum retenta, & Regi, & aliis dominis temporalibus tam de iure quàm de conſuetudine à perſonis Eccleſiaſticis debita. Tertiò, Clericos non Clericaliter viuentes, vel inhoneſtis, vilibus, vel ſæuis actibus ſe immiſcentes, eâ conſtitutione non comprehendi: Tandem adiicimus huiuſmodi, noſtræ declarationi quod ſi tibi & ſucceſſoribus tuis pro vniuerſali, vel particulari eiuſdem Regni defenſione, periculoſa neceſſitas immineret, ad huiuſmodi neceſſitatis caſum ſe nequaquam extendat conſtitutio memorata: Quin potius tu ac ſucceſſores tui, poſſitis à Prælatis & perſonis Eccleſiaſticis dicti Regni, petere ac recipere pro huiuſmodi defenſione, ſubſidium vel contributionem: illudque vel illam Prælati & Perſonæ prædicti, tibi & ſucceſſoribus tuis inconſultô etiam Romanô

Digitized by Google

Pontifice teneantur, & valeant ſub quota nomine, aut aliàs etiam impertiri, &c.

Hanc verò Bullam Optatus, falſam eſſe criminatur: primò, inquit, quia aduerſatur veræ Bonifacij Decretali, quæ incipit *Clericis*, quod enim hæc prohibet, illa concedit; lepidum caput? Eſto aduerſetur, igitur falſa eſt? Iura poſteriora prioribus derogant, at num ideo prioribus falſitatem imponunt? Imò propriè non aduerſatur cùm priorem interpretetur, & ab eâ Regem Chriſtianiſſimum excipiat antea inauditum; certis tamen excipiat conditionibus, præſertim periculi, neceſſitatis, defenſionis. Verum do iterum poſtremam Priori tuæ aduerſari, quam nimiùm magni facis, nos non tanti: Tu enim illam in Concilio Lugdunenſi quo-

Optat. pag. 17.

dam tàm firmiter actu ſynodali corroboratam dicis, vt non aliâ de cauſſâ collectum fuiſſe videatur. Magnum quid in buccam tibi venit: quale fuit illud Concilium quæſo? Oecumenicum vis credi, ſcilicet imperitis, nullius eſt nominis, nullius diei, nullius auctoris, aut ſupparis iis temporibus aut vicini. Non ignoras verò decretalem illam *Clericis* apud Iuris Canonici peritos nullo numero eſſe, cùm eam Benedictus xi. primò reſtrinxerit: eandem vero Clemens V. penitùs abrogarit; *Idque*, inquit, *propter ſcandala, magna pericula & incommoda grauia ex eâ ſecuta.* Aude nunc, Optate.

Polydor. Virgil. lib. 17.

Benedict. Extrauag. quod olim.

Clem. V. in Concil. Vienn generer. Clem. V. de Immun. Eccleſ.

Sed ad noſtram Bullam reuertamur; *Temporis*, inquis, *ratio veram eſſe non patitur, data enim eſt annô tertiô Pontificatus Bonifacij*,

Digitized by Google

at tum iam ortum erat grauiſſimum diſſidium inter Bonifacium & Philippum Regem. Temporis igitur ratio id patitur, nondum enim grauiſſimum illud diſſidium inter Bonifacium & Philippum ortum erat: vt patet ex alterâ eiuſdem anni Bullâ quâ Bonifacius Regi concedit, vt mediam omnium Legatorum Regni ſui, à decennio in belli ſumptus ſubleuandos accipiat: Alterâ item eiuſdem anni, quâ permittit eandem ob cauſam, vt dimidium pecuniæ duobus Epiſcopis Toloſanis debitæ inſumat: eiuſdem quoque anni eſt Bulla, quâ Philippo ſupplicante S. Ludouicum ipſius auum in Sanctorum album refert. Multæ aliæ Bullæ Regi gratioſæ, annis ſequentibus ſcriptæ in Regio Tabulari aſſeruantur, vſque ad milleſi-

Digitized by Google

mum trecenteſimum primum: quoquidem anno Bonifacius decimam Regi concedit de bonis Eccleſiaſticis: ſub cuius anni finem oborta ſimultas eſt. Quò confugies nunc Optate, ad Molinæum cui, licet tibi fauenti dentem infigis: Molinæus annum XIII. Pontificatus pro anno III. legit, ille collyrio, tu vero oculis indiges. Sed Molinæi inconſiderantiæ opponimus Bonifacij ipſius Pontificis auctoritatem, qui in Bullâ ipſâ reuocationis indultorum Philippo Pulcro, meminit huius *ad Vrbem Veterem dati pro pecuniis à Clero exigendis.* Verùm hæc ſatis ſupérque ſunt, quæ vt penè ſuperuacanea, niſi peruicacia Optati coëgiſſet, prætereunda duxiſſem, cum ſuccedentes Principes S. Pontificum eâ in re veniam & conceſſionem, etiam vbi neceſ-

Molinæus in ſtyl. Curia.

Bulla reuocationis 4. Decem. an. 1301. 7. Pontific.

ſaria non erat, ſæpiùs efflagitarint.

Fallitur Optatus, nullum ea de re Verbum in Concordatis.

De ſubſidiis verò Pontificiis, de quibus conſultiſſimè ſiluiſſet, neque nos ſilêre patitur Optatus: *Inſinuant*, inquit, *vobis Annatas vi Concordatorum ſummo Pontifici debitas, ex antiquo more non perſoluendas.*

Euſeb. li. 4. Hiſtor. Eccleſ.

Eccleſiæ Romanæ in cæteras charitatem eximiam mirificè commendat Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus apud Euſebium loco perinſigni: *Extat*, inquit Euſebius, *Epiſtola Dionyſij ad Romanos Soteri eorum Epiſcopo, cuius non eſt alienum verba ipſa apponere, quibus Romanorum conſuetudinem quæ ad hanc vſque perſecutionem noſtro tempore graſſantem cuſtodita eſt, magnopere approbat, hæc ſcribens. Apud vos is mos iam inueterauit, vt omnes fratres variis afficeretis beneficiis, &*

Ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο πάντας μὲν ἀδελφοὺς

Eccleſiis permultis vbique ciuitatum vitæ ſubſidia mitteretis. Æquiſſimum proinde fuit cæteras Eccleſias ipſi vicem reddere, ac tanquam Optimæ parentis non ſolum ſenectam ſolari, aut eam cum hoſtili furore vel vltimâ neceſſitate conflictantem adiuuare; ſed etiam ſuſtinendæ & amplificandæ in otio illius dignitati congrua ſubſidia pro viribus quamque ſuis ſubminiſtrare. Eccleſia Gallicana prima ſemper omnium huic obſequio ſe ſe addictiſſimam teſtata eſt: aberrant enim qui ſub Carolo IV. Rege tantùm pecunias Romam mittendas colligi cepiſſe ſcribunt, niſi decimas intelligant. Enimuerò S. Gregorius Papa pleriſque ad Regem Reginámque Francorum epiſtolis de Patrimonio S. Petri in Galliâ per Collectores Pontificios ex-

ποικίλως εὐεργετεῖν, ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν.

Reicula Eccleſiæ ſauam diuiſionem non patitur, ex Concil. Aruern. & Cabilon.

Paul. Æmil. in Carol. Pulcr. S. Gregor. li. 5. ep. 6. ad Childebertum.

cipi conſueto, ex agrorum etiam & latifundiorũ reditibúſque Rom. Eccleſiæ donata fuerant, loquitur, quod quidem mediocre fuiſſe videtur, cùm illud Patrimoniolum vocet. Tentauit poſteà Gregorius
Grego.vij. lib. 8. ep. ad Legatos ſuos. vij. Denarium ſancti Petri per ſingulas Galliarum domos perſoluendum indicere, id à Carolo Magno inſtitutum dicens, ſed fruſtrà, non enim probauit. Præterea verò, grauatas Eccleſias aliis oneribus ſignificat S. Ludouicus in Pragma-
An. 1258. ticâ Sanctione. *Exactiones & onera grauiſſima pecuniarum per Curiam Romanam Eccleſiæ Regni noſtri impoſitas, vel impoſita quibus Regnum noſtrum miſerabiliter depauperatum extitit: ſiue etiam imponendas vel imponenda, leuari aut colligi nullatenus volumus: niſi dumtaxat pro rationabili, piâ & urgen-*

Digitized by Google

gentiſſimâ cauſâ vel ineuitabili neceſſitate, ac de ſpontaneô & expreſſô conſenſu noſtrô & Eccleſiæ Regni noſtri. Hæc igitur deſiêrunt; at ſucceſſêrunt Annatæ, quæ initio inſtitutæ ſunt ad tempus *pro Eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus ad triennium leuandis ait Ioannes xxij.* Bonifacius poſtea nonus eas perpetuas eſſe ſuâ conſtitutione voluit, pro dimidiâ fructuum parte; quem ideo inter Inuentores rerum Polydorus Virgilius reponit. Iis pecuniis ſcribit Ciaconius Romæ nuper editus Pontifex *Bonifacius S. Petri patrimonium recuperauit, magnos exercitus in præſidiô aluit, immenſa ædificia extruxit, fratres & propinquos ditauit.* Ex quô verò lex illa Pontificia lata eſt plùrimæ vltro citróque de legitimô illius Iure ac vſu obortę diſceptationes:

Ioan. xxij. Cap. cum Nouell. de Prabend. in Extrauag. hîc Ioan. xxij. ex eo prouentu decies ſepties centena florenorũ aureorum millia collegit, ait, Villanius lib. 11. hiſtor. Polydor. Virgil. li. 8. c. 2. Ciaconius in vita

ac tandem communi Doctorum ſententiâ decretum, S. Pontificem Annatas percipere poſſe quæ *decima illius decimarum* locum habeat, dummodo inſtar *ſubſidij Charitatiui*, ad neceſſariam Eccleſiæ Romanæ ſuſtentationem recipiantur. Quod adeò iuſtum viſum eſt, vt Concilium ipſum Baſilienſe reuocatis ſeſſione 21. Annatis ſubrogarit *ſubſidium Charitatiuum*. At Doctor pius Gerſon conſultus de oblatione fructuum primi anni Papę faciendâ, ita reſpondet: *Veritas eſt*, inquit, *quod officio Papæ debeatur beneficium ſufficiens & condecens: & quod ab inferioribus ſibi debetur ſubſidium, poteſt debitis circumſtantiis obſeruatis accipi ſuper fructibus inferiorum beneficiorum, vbi non eſt aliter facta Papæ ſufficiens prouiſio, ſicut prima ratio ſatis hoc concludit; tàm*

Bonifacij IX.

Numer. cap. 18. & Deut. 16. Decima decimarum debentur ſummo Pontifici à Leuitis. V. Thomã Campegiũ Epiſcopũ Felt. & Bartholomæum Bellencinum de ſubſidio Charitatiuo.

In Concil. Baſilienſ. in Ep. reſp. Synodal.

Gerſon li. de Simonia 10. 2.

ex Iure diuinô quàm naturali, præſuppoſitô diuinô. Hac ἀποτόμως *de Iure Annatarum, quoad rem & cauſſam ipſam.*

Queſtio verò altera eſt de modô Annatarum, quæ peculiari quódam iure in Gallia tractanda eſt: indicationes enim ſeu æſtimationes Sacerdotiorum Conſiſtorialium pridem traditæ & conſtitutæ ſunt, vltrà quas Curiæ Rom. Officiarij, vt vocant, manum protendere non debent, tamen dicuntur. Etenim, vt veriſimillimum eſt, S. Pontifex recti amantiſſimus, hanc exuperationem ignorat: quâ ratione S. Bernardus ſimilem culpã non in Pontifices, ſed in Curiales reiecit, verbis quibus hîc vti nolo. Et Ioannes Saresberienſis inquit, *Vtique Dominus Papa vir ſanctus & iuſtus eſt, ſed tanta eſt auiditas aliorum, &c.*

S. Bernar. l. 1. & 4. de conſider.

Sareſber. ep. 176. Alexand. II.

S. Antonin. 3. p. tit. 22. c. 3.

S. Antoninus idem poſtea conqueritur. Non eos tamen, qui nunc verſantur inſimulo: Quod iuris, non quod facti eſt, pertracto. Acceperunt Prælati iura illa nimiò plus excreſcere, conuenêrunt, deliberarunt, cùm apud Regem, tùm apud S. Pontificem, de minuendâ, temperandâ, ac reducendâ illâ modum ſuum egreſsâ Annatarum & ſimilium rerum penſitatione, quâ tamen decet ratione reuerentiæ & obſequij pleniſſimâ eſſe agendum. Conſilium æquiſſimum: ſi enim res ipſa attendatur, Martinus V. in Concilio Conſtantienſi ſic decernit: *Eiuſmodi onera numquam imponenda niſi ex magna & arduâ cauſa & vtilitate vniuerſalem Eccleſiam concernente, nec ſpecialiter in aliquo Regno vel Prouincia, Inconſultis Prælatis ipſius Regni vel Pro-*

Concil. Conſtantienſe ſeſſ. 43 cap. de Decimis & oneribus Eccleſiaſticis.

uinciæ, & ipſis non conſentientibus, *vel maiori eorum parte.* Si verò conſilij ineundi ratio coràm Eminentiſſ. Cardinal. Rupiſulcadio deliberati, nulla certè tranquillior, modeſtior, atque obſeruantior exquiri poteſt. Decernitur ſtudiis ac votis nitendum, certandum precibus, ſuplicatione ſuadendum, exorandum. Vota innoxia ſunt: preces inermes: ſupplicum verba nec vim nec minas ſonant. *At*, Optatus, *iſta propoſitio venenum melle illitum, aut potius Calix aureus in manu Babylonis eſt, qui cum ſpeciem aliquam boni præ ſe ferat, non alium tamen ſcopum ſibi propoſitum habet, quam vt Hierarchici Ordinis tenorem interturbet, &c.* Deſine tandem nugarum, Chaldæo Vanior Optate, nec Roma, nec Gallia Babylon eſt, niſi illa Hæreticis, *Optatus pag. 22.*

hæc perfidis. In hoc igitur Hierarchici Ordinis tenorem conſtituis? in hoc vnitatem Eccleſiæ, in hoc rerum ſummam collocas, vt Epiſcopi ne quidem S. Pontifici ſupplicem libellum porrigere audeant, quod Clienti miſerrimo ergà Patronum, nec precem fundere, quod ergà Dominum viliſſimis etiam mancipiis licet? Anteà quidem Patriæ immemor videbaris, nunc autem & Romam ipſam & Pontificem, Optate, & Vrbanum ignoras. Cogor iterum, ſed cogor, nihil enim aptius, illud Concilij octaui generalis in memoriam reuocare; *Si qua naſcatur de Romanâ etiam Eccleſiâ difficultas, licet reuerenter & cum decenti modeſtiâ, de quaſtione propoſita eam percontari & ſolutionem accipere, & iuuare vel iuuari.* Abſit vt mutatam Eccleſiæ

Concil. 8. Conſtant. can. 13. Εἰ ζητοίη τις καὶ περὶ τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ῥωμαίων ἀμφιβολία διαπορθεῖσθαι, δέχεσθ

mentem & benignitatem credamus, ſub eo Pontifice maximo, cuius nomen, eruditio, virtus atque ſanctitas admirabilis ab agreſti barbarâ & inhumaná Optati duritie & immanitate maiorem in modum cùm abhorreant, omnia certè votorum noſtrorum æquitati reſponſura pollicentur.

FINIS.

* λυσιτ καὶ ὠφελεῖσθαι ἢ ὠφελεῖν.

Digitized by Google

Digitized by Google

EX
OPTATI GALLI
PARÆNETICO.

Pag. 24.

M*VLTO magis me mouet Edictum quoddam ſub Regis nomine,* Rege licet inſcio, *vulgatum, quod Declarationem vocãt, quod quidem Schiſmatis præludium quoddam, ne dicam initium, ab aliquo è Parlamentis Regio miniſtro conditum eſt: quod Sacramento matrimonij, in quod Religio ſola, & Eccleſia Religionis parens ius à Deo habet, adeo vt Concilium Tridentinum, in eum qui ad iudices Eccleſiaſticos, cauſas matrimoniales pertinere negauerit,*

Digitized by Google

Anathema pronuntiet, nouas leges & eiuſdem Oecumenici Concilij *definitionibus contrarias præſcribat. Articulus enim primus quatuor teſtes matrimonij celebrationi intereſſe vult: Concilium autem duos cum Parocho, ad tollendam clandeſtinitatem neceſſarios eſſe iudicauit. Vult præterea huius declarationis author, denuntiationes ſeu bannos, non niſi ex parentum conſenſu publicandos, eóſque Eccleſiarum matriculæ, à Parochis diligenter inſcribendos, quod Eccleſia numquam ſanciuit, imò eoſdem bannos Epiſcopo annuente, ob legitimas cauſas aliquando prætermitti conſentaneum duxit. Articulo ſecundo non permittit liberis, etiam poſt vigeſimum ætatis annum, matrimonium abſque parentum libito, ſeu conſenſu contrahere: Cum Eccleſia hunc conſenſum ad ſacramentalem contractum, quem vult eſſe liberrimum, requirat, & duodecimum*

annum eidem Sacramento perficiendo ſatis idoneum iampridem definierit. Stupendum multò magis atque Eccleſiaſticis Magiſtratibus, quorum de his pronuntiare, diuino iure, intereſt, vix ferendum, quod exheredatione omnimodâ, eiuſmodi contrahentes, & qui ex eorum coniugio naſcuntur, liberos mulctare audet, ſi infra vigeſimum quintum annum, parentum non expectatô conſenſu, nubant: hac enim ratione matrimonium huiuſmodi, quod procul dubiò legibus Eccleſiæ validum eſſe poteſt, concubinatus notâ infamatur; & ex eônati liberi, quaſi pro nothis, & illegitimis habentur. Sequenti articulô manifeſtè Concilij Tridentini determinationi derogat: vult enim raptam libertati ſuæ redditam, cum raptore, etiam parentibus adſtipulantibus, non poſſe contrahere, & liberos ex eorum connubiô oriundos omni hereditate priuandos eſſe.

Digitized by Google

Quintus Articulus nonnihil iuſtitiæ, ad conuellenda, quæ matrimonia conſcientiæ Noſtrates vocant, connubia ſcandaloſa, & concubinatui proxima præ ſe ferret, ſi Iudicis Eccleſiaſtici, maximè verò Romani Pontificis authoritate definitus fuiſſet. Sextus aliquid ſæuum, impium, & Chriſtianæ Charitati prorſus inimicum continet: prohibet enim ne concubinarij, in fine vitæ cum concubinis matrimonium contrahant; ſancitque natos ab illis filios, quaſi nothos nihil paternæ hereditatis accipere poſſe omnino: cum morienti concubinario non aliam ſalutis viam Parochi & Confeſſarij, qui ſub hanc horam eorum pœnitentiæ, & conuerſioni ſedulò conſulunt, adinuenerint, quàm vt concubinatum in legitimum matrimonium conuertant, è nothis filios legitimos, & heredes efficiant, quâ ratione, ei quæ fuerat concubina, dotem aliquam moriente ſpon-

ſô, ne paupertatis prætextu, in vomitum redeat, filijs verò facultates aliquas, ne bonorum carentiâ, & ipſi neceſſariâ inſtitutione careant, carentes verò pernicioſi Reip. nebulones euadãt, procurare, dictante aut vrgente conſcientiâ, ſunt ſolliciti: adeò vt vix verbum eiuſmodi declaratio contineat, quod matrimonij libertatẽ animorum ſaluti maximè neceſſariam non lædat. Audiat author quid Concilium Tridentinum, nonniſi Caluini aſſeclis improbatum, in caput ſuum fulminet. Cùm maximè, inquit, *nefarium ſit matrimonij Libertatem violare, & ab eis iniurias naſci, à quibus iura expectantur: præcipit S. Synodus omnibus cuiuſcumque gradus, dignitatis & conditionis exiſtant, ſub Anathematis pœnâ, quam ipſo facto incurrãt, ne quouis modo directè, vel indirectè ſubditos ſuos, vel quoſcúmque alios cogant quominus libera matrimonia contrahant.*

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER VI.

DE IVSTITIA Edicti Connubialis.

DIVINVM ſomnium viro deſideriorum Prophetæ Danieli oblatum eſt, Leonis Vrſi & Pantheræ cuiuſdam alatæ, & quadricipitis, belluam alteram immanem præeuntis: hæc autem illius figura dicitur, *Qui deuoraturus eſt omnem terram, & putat quod poſsit mutare tempora & leges.* Quadriga illa ferarum immanium in Optati Antherâ conſpicitur, Perfidiam, Calumniam, ac Iniuſtitiam ſecum trahente, quâ tandem putat effecturam

Daniel.cap. 1.

ſe, vt temporum vitijs emendandis neceſſariæ leges mutentur. Verùm, *iudicium ſedebit, vt auferatur ei potentia, & conteratur, & diſpereat vſque in finem, & magnitudo Regni detur populo Sanctorum altiſsimi.*

Ibid.

Edictum Connubiale contra matrimonia clandeſtina filiorumfamilias, raptus, & alias furtiuas coniunctiones, neceſſariâ pœnæ ſeueritate exaggeratum, à Ludouico Iuſto conditum eſt anno Chriſti M. DC. XXXIX. Kal. Decemb. quod quidem Optatus, mirum quâ imprudentiâ, *ſub Regis nomine, Rege licet inſcio, vulgatum* aſſerere non veretur, sũmo contemptu; idem enim eſt ac Regi, quod ſe Regem ignoret, atque ab alijs ignorari patiatur, obijcere: adeò malè habet *Religionem ſecundæ Maieſtatis*. Quibus ergo teſtimonijs Regiæ ſententiæ, ac voluntati Galliam vniuerſam

Tertullian. Apolog.

vniuerſam credere, ac parêre ſtatuis Optate? Si in re grauiſſimi momenti, nec reſcripta, nec Edicta, nec Sacræ, nec ipſa Regia manus, nec vultus fidem facit? Cuius imago aut ſuperſcriptio hæc eſt, nunquid Cæſaris noſtri? non agnoſcis, haud miror; oculum enim, & animum à Galliâ pridem auerſum, ac peregrinantem habes. At norunt omnes hanc Legem, occaſione frequentium eiuſmodi connubiorum, nec non etiam ex primariâ nobilitate, Principe inſcio, & non iubente minimè, ferri promulgariue potuiſſe. Sed hoc ſuæ calumniæ prætexere voluit inuolucrum, iſte veterator, vt hoc Edictum, Schiſmatis præludium, tàm impunè quàm iniuriosè nuncupare poſſet. At cur Schiſmatis præludium? quia inquit. *Sacramento matrimonij, in quod Religio ſola, & Religionis parens Eccle-*

ſia ius à Deo habet, nouas leges, & Concilij Oecumenici definitionibus contrarias imponit. Diſpiciendum igitur an, & quâ ratione de matrimonio leges ſancire, abſque Eccleſiæ iniuriâ, ad Principem legitimè pertineat.

Conſtantis ac perſpicuæ veritatis eſt, Principis titulo ac poteſtate, condendarum de matrimonio legum vim, facultatémque in ſuo ordine, ſupremam comprehendi. Nominis enim Regij amplitudine, non ſola facultas, ſed etiam officium continetur inſtituendi, decernendique omnia, quæ ad Reipublicæ finem, bonumque cumulatiſſimum neceſſaria, vtilia, fructuoſa iudicantur. Nihil autem ad Reip. incolumitatem, & cõſeruationem, arctioris matrimonio neceſſitatis eſt, ex quo videlicet ſibi ſeritur, ac velut renaſcitur, ſempérque conſtat, &

Digitized by Google

artificioſam quamdam humano generi immortalitatem elaborat. Vnde prima legum omnium Dei ore dicta, & promulgata lex de coniugio fuit. Quod ſapientiſſimi poſteà Philoſophorum Principibus, tanquam Dei Proregibus incumbere docuerunt. Theologum verò ſimul cum Philoſopho agens S. Thomas contra Gentes, quàm ſolido ſermone veritatem hanc ſuffulcit! *Quando aliquid ad diuerſos fines ordinatur, indiget habere diuerſa dirigentia in finem, quia finis eſt proportionatus agenti. Generatio autem humana ad multa ordinatur, ſcilicet ad perpetuitatem ſpeciei, & ad perpetuitatem alicuius boni Politici, putà populi in aliquâ ciuitate: ordinatur etiam ad perpetuitatem Eccleſiæ, quæ in fidelium collectione conſiſtit. Vnde oportet quod huiuſmodi generatio à diuerſis dirigatur. Inquantum igitur ordinatur ad*

Iuſtinian. nou. 22.

Plato lib. 5. *de Rep. & lib.* 6. *de legib.* τὸ πλῆθος τῶν γάμων ἐπὶ τοῖς ἄρχουσι, &c. *Ariſt. lib.* 7. *Politic.* πρῶτον μὲν ἐπιμελητέον περὶ σύζευξιν.

S. Thom. lib. 4. *cont. Gentes. Vide eiuſdem locum communiorem in* 4. *ſent. diſt.* 34. *qu.* 2. *Art.* 1.

bonum naturæ, quod eſt perpetuitas ſpeciei, dirigitur in finem, à naturâ inclinante in hunc finem, & ſic dicitur eſſe naturæ officium. In quantum verò ordinatur ad bonum Politicum, ſubiacet ordinationi ciuilis Legis. In quantum autem ordinatur ad bonum Eccleſiæ, oportet quod ſubiaceat regimini Eccleſiaſtico. Idne Optate, eſt Eccleſiæ ſoli à Deo ius in matrimonia conceſſum eſſe? mitto dicere quot, ac quàm variæ leges ab Imperatoribus circa matrimoniũ editæ, ab Eccleſiâ laudatæ, ſuſceptæ, confirmatæ fuerunt. Venio ad rem noſtram. Leges de Chriſtianorum connubijs Salicas, leges Childeberti, Clotarij, Caroli Magni, Ludouici Pij, Caroli Calui, & aliorum Eccleſia probauit, & auctoritati ſuæ non diſpendiô, ſed ſubſidiô eſſe, patrocinióque teſtificata eſt; cùm eas ſuorum etiam Canonum codi-

S. Ambroſ. ep. 66. & S. Auguſtinus lib. 15. de Ciuit. cap. 16.

Legis Salicæ cap. 14. decretum Childeberti, Clotarij conſtitutio generalis an. 560. Capitular. lib. 5.

cibus mandauerit, ac diſciplinæ ſuæ vindices inuocarit. Vnde igitur à matrimonij cognitione, Regiam poteſtatem prohibet Theologus noſter? *Sacramentum eſt*, inquit, argutè: Sin igitur ab eô quod in matrimoniô Sacramentum eſt, Princeps ſibi temperet, præclarè omninò cum Eccleſiâ acturus eſt. Quod vt perſpicuum fiat, intelligendum eſt, illud omne quod in matrimoniô iuris diuini poſitum eſt, Sacramentale eſſe, proindéque ad Eccleſiam ſpectare, quæ diuini iuris interpretationem, declarationem, adminiſtrationémque abſolutiſſimam ſola in terris erroris culpæque expers, columna, & firmamentum veritatis, exercet. Vnde tanquam diuini iuris interpretis ac oraculi, de veritate, validitate, ſubſtantiâ, cauſſis, partibus, contractu, conſenſúque, vt materiâ & formâ, conditioni-

1. ad Corinth. cap. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros quidem Chriſti diſpenſatores myſteriorum Dei.

bus, effectiſque Sacramenti matrimonij decernere, vnius Eccleſiæ eſt: id fidei caput eſſe nemo dubitat Orthodoxus. Ex ijs omnibus Chriſtianiſſimus Princeps, ſi quid in Edictô ſuô attigit, illud non vt ex ſui, ſed diuini vel Eccleſiaſtici iuris conſtitutione præiudicatum expreſsit, vt poſteà liquebit. Verùm alia ſunt ad matrimonium pertinentia, quæ Sacramentum ipſum non componunt aut efficiunt, ſed antecedunt, comitantur, aut conſequuntur: vt reuerentia ac metus parentum, publicæ legis, & conſuetudinis obſeruantia, familiæ decus & ornamenta, honeſtatis & pudoris ſalus, famæque ſollicitudo, pactorum integritas, rerum & fortunarum conſeruatio, hereditatum ac ſucceſſionum iura, aliáque id genus quam plurima, quæ Principem tanquam boni publici inſpectorem,

Digitized by Google

arbitrum, vindicémque reſpiciunt. Ea verò ſunt de quibus non ſub nullitate, vt inquiunt, aut iuris diuini canonicique pœnis, ſed ciuili planè iuris dicundi formâ, Rex iuſtiſſimus Edicto ſuo cauit, cauêre potuit ac debuit.

Quod vt clariùs innoteſcat, obiectis ab Optato, quibus adumbrari veritas poſſet, ſatis vt faciamus, operæ pretium eſt. *Articulus*, inquit, *primus quatuor teſtes matrimonij celebrationi intereſſe vult, Concilium autem duos, cũ Parocho, ad tollendam clandeſtinitatem neceſſarios eſſe iudicauit.* Ignorare aut non aduertere ſe fingit Optatus, hanc de teſtium numero non eſſe recentis huius Edicti, ſed comitiorum Bleſenſium conſtitutionem, quæ in hoc nihil contrà Concilij mentem, multùm verò pro Concilij fine conata eſt. Auctô ſi quidem teſtium

numerô, magis in publicum actio prodeat neceſſe eſt. Si nullum verò, aut vnum tantummodò teſtem adeſſe decerneretur, tùm Edictum Synodo contrarium ſanè foret: at duobus, imò tribus à Concilio requiſitis, quartum cùm addat, certè propoſitum Concilij adiuuat ac perficit. Neque enim Concilium intellexit, vt ſi qua eſſet lex de numerô teſtium ampliore, ea abrogaretur, vt quibuſdam in Eccleſiis ſex teſtes exigebantur: idque non abs re, vel exemplo; cum in ſacris literis numerus teſtium denarius matrimonijs adhiberetur. Sic etiam quaternarium cum Regia lex poſtulet, id Eccleſiæ minimè aduerſatur: liberum enim ei relinquit de validitate Sacramenti iudicium, cui celebrando tres aut duo teſtes, cum Plebanô interfuerint; cùm Sacramenti validitas ad ius diuinum pertineat, à quô profecta

In conſtitut. Chunradi Salsburgenſis circa Ann. 1300. tom. 3. Concil.

Ruth. cap. 4. tollens Booz decem viros de ſenioribus ciuitatis, &c.

profecta eſt illa ſententia, *in ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum.* Princeps autem de Sacramenti veritate quæſtionem ad ſe nullam, omnem verò ad Eccleſiam referri oportêre non abnuit, vti verba illa in eôdem articulô addita ſonant, *iuxtà formam in Eccleſiâ vſitatam.* Deuter. 19. & Math. 18.

Perſimilis eſt imprudentiæ nota illa de matrimonij denuntiationibus, nonniſi ex Parentum conſenſu publicandis, ac Eccleſiarum matriculæ inſcribendis: *Eccleſia*, inquit Optatus, *hoc non ſanciuit, imò eoſdem bannos, Epiſcopo annuente, ob legitimas cauſas aliquando prætermitti conſentaneum duxit.* Ain tu! imò vero omnes Eccleſiæ benè inſtitutæ hoc ſemper obſeruarunt, vt eorum qui in alteriùs poteſtate eſſent, non ſine Parẽtum Tutorumue conſenſu, futuras nuptias ex ſcripto denuntia-

Digitized by Google

rent, conſtitutiones Synodicas teſtor Eccleſiæ Pariſienſis, ſub Odone an. 1207. vbi *Edicta* & alias an. 1557. vbi *Nuptiarum indictiones* vocantur. Quod autem obijcis Epiſcopum diſpenſare poſſe, hoc ei Edictum non derogat, cùm diſertè habeat non ſolùm *denuntiationes*, ſed etiam earum *diſpenſationes*, quas conſultò omiſiſſe videris, vt temerè culpares. Additur in ſcripta referri debere, idque conſultiſſimè, cùm ad Sacramenti dignitatem, Eccleſiæ auctoritatem, pactorũ Connubialium fidem, iuris vtriúſque ſolemnitatem, & confirmationem attineat, vt horum omnium acta monumentáque conſcripta in ipſius Eccleſiæ tutiſſimam cuſtodiam deponantur.

Edict. Art. 1. ſub fin.

Articulô ſecundô improbat Optatus, *Non permitti liberis, etiam poſt viceſimum ætatis annum matrimo-*

Digitized by Google

nium abſque Parentum conſenſu vel libitò contrahere : cùm Eccleſia hunc conſenſum ad Sacramentalem contractum, quem vult eſſe liberrimum, requirat. (Erat in autographo Optati *non requirat* iſque illius ſenſus eſt) *& duodecimum annum eidem Sacramento perficiendo ſatis idoneum iampridem definierit.* Feliciter tibi errauerat Typographus, ſed videmus quid volueris, nimirùm ex Concilij Tridentini decretô, conſenſum Parentum ad veritatem, ac validitatem matrimonij filiorumfamilias ex neceſſitate Sacramenti non requiri. Quâ in re non multùm laborandum eſt de conciliandis Regijs Edictis cum Eccleſiæ ſententiâ: nullô ſi quidem vnquam Edictô matrimonia filiorumfamilias inualida, & nulla eſſe abſque conſenſu Parentum, Tutorumue conſtitutum eſt : etſi hic error multis impoſue-

Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrim.

Legantur edicta Henrici II. an. 1556. Henrici III. an. 1579.

rit: prohibita quidem ſunt, ſed inualida, & nulla eſſe haud vnquam definitum. Vnde etiam Deceſſorum ſuorum veſtigijs inſiſtens Rex Chriſtianiſſ. Ludouicus ea iterum prohibuit, ac auſteriùs interdixit: inualida tamen ac nulla eſſe, contrà Tridentinæ Synodi decretum, ac Theologorum vnanimem etiam in Regno ſuo ſententiam minimè ſanxit. Quod autem ad ætatem attinet, matrimonia liberorum, neque annô etiã duodecimô Rex improbat, dummodò Parentum conſenſu corroborentur: at neque viceſimô legitima, eôdem conſenſu deficiente vult haberi. Dolet autem Optato, quod *matrimonium legibus Eccleſiæ validum infra viceſimum quintum annum, Parentum conſenſu non expectato exheredatione mulctetur.* Non infitiamur quidem aliquando matrimonia filiorumfami-

Digitized by Google

lias, iure diuinô, & Eccleſiaſticô valida eſſe, etſi ſolô contractu naturali, *non Ciuili & legitimô* conſtent. At licet eâ, cætera modo adſint, vt Parochi proprij teſtiumque præſentia, licet inquam ea valida, quantum ad Sacramenti veritatem iudicet, attamen ex parte contrahentium impia, ſceleroſa, illegitima non ne Eccleſia ipſa credit, docet, conteſtatur? Non hic moror quod ea *ſtupra & contubernia* cenſuiſſe referatur Euariſtus Pontifex canone illô in Auditoriis, ſuggeſtibus, ac pro roſtris etiam, & tribunalibus decantatiſſimô. Eſt enim nothus canon, & illa vnde exſcriptus eſt, Euariſti epiſtola tota commentitia eſt, erratis ſcatens, conſuta ex ſequioris æui ſcriptis, ac denique falſę ſubſcriptionis, nonô Kal. April. Valente & vetere W CC. Coſſ. cum ex ipſiuſmet Baronij calculo Con-

Canon. Aliter 30. qu. 5. & apud Yuon. part. 8. cap. 4. ſæpè in foro auditur, vide Seruinū in orat. Forenſi ann. 1605.

ſules iſti fuerint Anni poſt Chriſtum natum nonageſimi octaui, decem & quatuor annis ante Euariſti Pontificatum qui ſedêre cœpit anno CXII. ſub Criſpo, & Orphito Coſſ. Pergamus, inualida quidem ea fuiſſe filiorumfamilias coniugia ex vnius ferè S. Baſilij canone, vnóque aut alterô Tertulliani forſan locô apud exteros, apud Gallos verò ex ſolius Concilij Aurelianenſis IV. canone doceri poteſt. At eſto, diuturniori tempore valida ratáque habita ſint, nunquam tamen legitima, licita, probata extiterunt. Optimè nouit Eccleſia quid, in eadem etiã actione, inter Sacramentum & ſacrilegium interſit, *Sacramentum*, inquit, præclarè S. Auguſtinus, *vbicúmque eſt, non hominum ſed Dei eſt*, cùm à veritate actionis, non verò à Iuſtitiâ aut prauitate voluntatis dependeat. At ſi quod vitium

S. Baſil. ep. canon. ad Amphiloch. cap. 38.

Tertull. l. 2. ad vxor. & lib. de pudicit.

Concil. Aurelian. ſub Childebert. can. 22.

S. Auguſt. lib. 1. cont. Donatiſtas c. 2.

in eādem incidat, confiniô violatæ Religionis augetur, peccatum in ſcelus tranſit, & crimini tætra quædam, ac deteſtabilis impietas miſcetur. Quàm variæ autem ac multiplices ſcelerũ formæ in furtiua filiorumfamilias coniugia confluunt? in quibus numinis contemptus, contaminatæ cæremoniæ, domeſtica Pietas læſa, Publica honeſtas maculata, diuini humaníque Iuris conculcata ſanctitas, legum omnium vltionem accerſit. Quod ſuarum erat partium, Eccleſia præſtitit, conſultóque ea irrita definire noluit, cum alias ob cauſſas plurimas, tùm vt Principibus ſuæ poteſtatis exercendæ copiam faceret. Illi pœnam abdicationis primò in parentum arbitriô reliquerunt, quæ paternam ob indulgentiam Iuſtitiæ potiùs quàm ſui obliuiſcentem, raró irrogata eſt. Hinc malũ pullula-

re, ſerpere, graſſari, tandémque depoſitô omni pudore, ac metu, per nobiles ac opulentas familias fortunæ, in publicum etiam laudis captandæ libidine quâdam efferri. Edomandæ igitur ac proterendæ contumaciæ, acrioribus remedijs opus viſum eſt, acerbioribus pœnis: quæ, vt flagitio reſpondêrent, opum ſæpiùs quàm amoris cupiditate flagranti, bonorum improbè ſperatorum iuſtiſſimam priuationem, ipsô tandem iure inducunt. Non expectatur iam iræ Parentum, ac doloris vindicta, quàm naturæ mollities prohibêre, temporis intercapêdo lenire, aut mutare conſueuerat: legis ſeueritas totã in ſe rei inuidiam recepit. At multò ſeuerior quondam lex Imperatoris nunquam ab Eccleſiâ reprehenſa eſt, quæ Parentibus ipſis, ſi vnquam cum pignorum ſuorum raptoribus tranſigerẽt, pœnam

L. vn. C. de rapt. Virg. parentibus quorum maximè vindicta intereſt, ſi patientiam præbuerint, ac

pœnam deportationis indicebat. De Iuſtitiâ exheredationis, ob quàm concubinatûs notam vero matrimonio inuri falsò queritur Optatus, diſſideant quantùm volent Iureconſulti: ſatis eſt eam doctiſſimis Theologis probari, ex quibus Molina, *non video*, inquit, *Eccleſiam vnquam intendiſſe prohibere Principibus ſæcularibus eas leges ferre, vel eſſe poteſtatem in Eccleſiâ ad id prohibendum.* Et ſi enim Eccleſia legibus alijs in ſuo foro vtatur, Principes tamen officio fungi, leges proprias, quarũ ipſi auctores & iudices ſunt, grauioribus pœnis armare non vetat; Imò & in matrimonij negotiô, ſi iudex Eccleſiaſticus leuiori quàm par ſit pœnâ reum affecerit, à iudice ſæculari grauiùs hunc plecti poſſe Canonum Doctores non diffitentur.

In Articulo tertio, addit Optatus,

dolorem remiſerint, deportatione plectendis.

Legem hanc exheredationis, niſi cùm perſonâ infami contractũ ſit, iniuſtam eſſe volunt Iulius Clarus practic. qu. 82. Pariſ. Cõſil. 29. Cujacius lib. 3. obſeruat. cap. 5. Couarruu. in 4. decret. 2. p. c. 3. Nauarr. ſum. c. 14. n. 15. Iuſtã verò cenſent Duaren. de nupt. c. 2. Carol. Molin. conſ. 9. Greg. Syntag. l. 9. c. 3.

Molina lib. de Iuſtitia & Iure tract. 2. diſput. 176. Viguer. lib. inſtitut. c. 16. Vega lib. 5.

Sum. t. 559. Sotus in 4. d. 29. qu. 1. art. 4.

Gregor. IX. cap. fœlicis de pœnis.

Abbas c. 1. de offic. ind. ord. Couarr. c. Raynutius n. 19.

Sic disertè habet Edictũ cum Tridentino conſentiens Seſſ. 24. cap. 6. de reformat. matrim. quòd Concilio Meldenſi anteà decretum, & Innocent. III. cap. fin. de raptor.

manifeſtè Concilij Tridentini determinationi derogat. Vult enim Raptam libertati ſuæ redditam cùm Raptore, etiam Parentibus adſtipulantibus, non poſſe contrahere. Adde quod ſupprimis, cauillator, *quamdiu rapta eſt in Poteſtate raptoris*, & iam nulla erit inter vtrúmque antinomia quã fingis; imò religioſus cùm Eccleſiæ mente conſenſus apparebit in ijs verbis, *Decernimus iuxta Sancta decreta, & Conſtitutiones Canonicas* quæ obtrectandi æſtu abreptus præteriſti. In ijs elucet legiſlatoris temperantia & Religio, qui quod ad Sacramenti rationem attinet maximè, matrimonium inualidum, & nullum ſemel tantùm, ac nonniſi ex Eccleſiæ velut tabulis, & codicibus recitari voluit. At hoc, quâ perfidiâ totus conſtas, præteruidêre, vt cætera iniquiùs carperes, maluiſti. Arguis enim, Raptæ contrà

aut citrà Parentum voluntatem, poſteà Raptoris nuptias optanti, eiúſque Liberis, ius ac ſpem ſucceſſionis adimi. Eſt hæc quæſtionis iam ſolutæ quædam appendix, cui præter Iuſtíniani conſtitutionem quæ ipſis puellis raptis, etiam accedente Parentum conſenſu, raptoris coniugium interdixit; Adijcimus Raptam nuptias raptoris eligere, etiam cum Parentum voluntate, canones aliquando prohibuiſſe. Concil. Aquiſgran. *Placuit vt hi qui rapiunt fœminas, vel furantur, aut ſeducunt, eas nullatenus habeant vxores, quamuis eis poſtmodum conueniat, aut eas dotauerint, vel nuptialiter,* cùm conſenſu parentum ſuorum *duxerint.* Concilium quidem Troſleïanum legem Imperatorum eſſe ait, ſed reuerâ & Imperatoria, & Eccleſiaſtica eſt, ex quâ ſic concludere liceat. Prohibebatur coniugium raptæ cum

Legun. C. de rapt. Virg.

Apud Gratianum can. placuit 36. qu. 2. Burcard. & Yuonem lib. 7. Capitul. c. 395.

Concil. Troſlei. cap. 8.

raptore, etiamſi conſenſus. Parentum accederet: multò magis igitur Parentibus reclamantibus prohiberi poteſt; at ſi non ſemper eô modô, vt nullum & inualidum, ſaltem ita vt ſit ſemper illegitimum: ſin illegitimum, vtique legibus animaduertendum pœnâ capitali aduerſus raptorem: eóque ſuperſtite iacturâ bonorum aduerſus vltrô raptam & abductam, quæ idem facit Rapienti dum corruptorem virum cupit: dum in eius vlnas ſe conijcit, diuinæque Parentum poteſtati rem omnium pretioſiſſimā aufert: dum alieno, inimico, Prædoni, ſui poteſtatem facit. Verum hæc tuêri acriùs & propugnare mei non eſt temporis, nec forſan inſtituti. Præterquam quod enim, habitâ vitiorum ad extrema prorumpentium ratione, nihil in hac lege ſupremos Iuris apices excedere videtur: Eccleſiæ id

omninò, facere ſatis debet, quod Princeps ea tantùm in hoc Edicto pronuntiet, quæ iuris, & fori ipſius propria cenſentur. Crimen enim raptûs, legibus illata contumelia, pernicioſa in rem cõmunem exempla, patrimonij, hereditatis, bonorum denique omnium diſtributio ad Principem, vt rerum Dominum iudicémque perſonarum ſpectant. *Commiſeratione quidem Sacræ legis*, inquit, *Leo Imperator id malum quaſi inſoleſcit, Ciuilis verò legis auſteritate ſupprimitur*: quocirca pro temporum ratione, malorúmque incremento hæc augeri poteſt: quod in Principis prudentiâ arbitrióque ſitum eſt. At non eſt quod de huius legis nouitate Optatus expoſtulet, vt iam oſtendimus, & adhuc docent priſcæ Leges Burgundiorum. *Romana Puella ſi ſine parentum ſuorum voluntate, aut conſcien-*

Leo Imperat. conſtitut. 35. de raptoris pœna.

In leg. Burgundio. tit. 12. de raptu puellarum.

Digitized by Google

tiâ ſe Burgundionis coniugio ſociauerit, nihil ſe de parentum facultate nouerit habituram.

Sextus Articulus, inſtat Optatus, *aliquid ſæuum, impium, & Chriſtianæ charitati prorſus inimicum continet: prohibet enim ne concubinarij in fine vitæ cum concubinis matrimonium contrahant.* Parce verbis tam malè ominatis, Optate, falſum enim, id prohibêre, cùm in eo nullum de hac prohibitione verbum legatur, adeò liberale mendacium tuum eſt. Edicti verba ipſiſſima ſunt, *Volumus eamdem pœnam, priuationis nempè hereditatum, & ſucceſsionum extendi ad liberos ex ijs natos, quas eorum Parentes cùm habuerint concubinas, ſub exitum vitæ poſteà ducunt.* At ducere non prohibentur, imò potiùs vt vel ante morbum fatalem maturiùs eas ducant, nec tam diu in turpiſſimâ conſue-

Digitized by Google

tudine ſordeſcant, vel potiùs vt honeſtiora ipſis matrimonia anteponant, & à propudioſis iſtis contubernijs cæteri abſtineant, conſultiſſimè prouidetur. Omnino verò diſiungi multò ſatiùs eſſe non mihi, ſed ſancto Baſilio credatur. Fornicatio, inquit, nec matrimonium eſt nec initium matrimonij, quare ſi fieri poſſit, vt qui per fornicationem coniunguntur, ſeparentur, id eſt melius; ſin autem eis placeat conſortium, fornicationis quidem pœnam agnoſcant. Penes Eccleſiam quanta eſſe poteſt ſeueriſſima excommunicationis pœna erat: legi Politicæ neceſſaria tandem ſeueritas ſua quare præcidêtur? nobiliſſimas domos flagitiô, dedecore, ac infamiâ quàm ſæpè ſcorta illa infecerunt, deprædata ſunt, honore concordiâ, boniſque euertêrunt; generoſum tot heroüm ſanguinem,

S. Baſil. ep. 2. ad Amphiloch. ἡ πορνεία γάμος οὐκ ἔστι. ἀλλ᾽ οὐδὲ γάμου ἀρχὴ, &c.

τὸ συνοικέσιον ἐπιτίμιον.

Digitized by Google

& proſapiam tanquam cœnoſâ quâdam illuuie in puri fluminis alueum infusâ corrupêrunt. Quid porrò indignius quàm vt obſcurô plerúmque locô natæ, aut vitæ in ſordibus anteactæ ignominiâ viliores, repentè in matresfamilias tranſeant, & ſobolem quæ Patrem honeſtè demonſtrare non poteſt, antiquæ nobilitatis titulis, imaginibus, patrimonijs, ac opibus illius diuidendis, & poſſidendis immittant? Eſto ſint vxores tandem iuſtæ in Eccleſiæ forô, quæ tot retrò annis iniuſtæ pellices fuerunt; liberi quoque in ordine ad Clerum legitimi habeantur: at reſtitutio natalium, & conditio ſtatûs, quantum ad bona ſæcularia, hereditates, ſucceſſiones, teſtamenta, munera, dignitates & officia à Principe ſolô pendet, leges ipſius ſunt, *Arbitra ingenuitatis, ac vt ita dicam germanitatis*, ait Syneſius,

Plures enim ex ijs φίλαι quàm παλλακαὶ quid differant. Vide Balſamon. in Nomocan. tit. 13. c. 5.

Innocent. III. cap. per venerabilem qui filij ſint legit.

Δεινοὶ τῆς εὐγονίας προστάται, τὰ ἔκγονα ἐξετάζειν, *Syneſ. ep. 1.*

ſius, *natura partus edit & amat, lex diſcernit.* Neque tamen adeò inhumanum nobis ſaxeumque pectus, vt matri, liberíſque ex infami thorô ſuſceptis facultatem viuendi omnem ereptùm eamus, quod iniquæ mentis Optatus obtrudit, quaſi exponendi continuò ſint, aut ablegandi: neque enim *canonicæ* circà alimenta *benignitatis* adeô ſumus obliti, quibus tamen Cæſareo quondam iure ergà ſpurios, in criminis paterni deteſtationem non erat conſultum. *Cap. cum haberet de eo qui dux. in matrim.*

Poſtquã omnia hæc arma imbecillis Optati manibus excidérũt, ira telũ facit; exclamat omnibus penè huius Edicti verbis matrimonij libertatem lædi, aſſertque Concilij Tridentini decretum, quô libertatem matrimonij ſubditorum directè vel indirectè impedientes cuiuſcúmque ſint dignitatis, & conditionis

Anathemate percelluntur. Non induxit autem in mentē bonus Optatus, primò hoc decretum nullatenus ad Regium Edictum pertinêre, quamuis, quod falſum eſt, libertatem illam impediret. Etenim cum in illo decreto proponendo Imperatór & Reges primùm expreſſi fuiſſent, poſteà viſum eſt Concilio eos eximere, verbiſque ſolùm generalibus vti, quibus Reges, ac Principes ſupremi in materiâ odiosâ comprehendi non ſolent. Vbi enim eos comprehendere animus eſt, diſertè ſemper exprimuntur, *Imperator, Reges, Principes*, vel, *ſi quis etiamſi Imperiali vel Regali dignitate fulgeat*. Verum tamen quod præcipuum eſt, Libertatem matrimonijs iungendis neceſſariam qualis à Canone aut lege præſcribitur, in hoc Edicto minimè deſiderari conſtanter affirmamus. Imperantur

Ex Concil. Trident. ſeſſ. 22. & ſeſſ. 25. cap. 18. de duellis.

Digitized by Google

enim legitima tantùm Connubia: inhoneſta, vitioſa, ſcelerata, iamque omnium iudicio, odio vel pudore damnata prohibentur. Quanta rogo hæc vis, quæ ſeruitus, qualis demùm neceſſitas? Ergo leges omnes libertatem violant aut imminuunt, quod à ſapienti nemine dici poteſt: Libertas enim eſt naturalis facultas eius quod cuique facere libet, *Niſi ſi quid vi aut iure prohibetur.* Ad ea igitur quæ iure prohibita ſunt libertas non extenditur, ſed error potiùs, excurſus, abuſióque libertatis. Ad hæc, latâ iam fixáque lege liberum eſt cùm eâ contrahere, quamuis ratione pœnæ quam homines in ſcelere etiam placito exhorrent, contractus à Philoſopho dicatur inuoluntarius: vt nemo tamen peccare niſi ſponte, ita per legem coërceri atque ad bonum inflecti, niſi voluntariè nullus aſſeritur.

Inſtit. de iur. perſonar.

Ariſtot. 5. Ethic. ἀκούσιον συνάλλαγμα.

Quod autem præſentis eſt maximè controuerſiæ, ſcio plerúmque libidinis, vt plurimùm Auaritiæ cauſâ peccari, nec minùs fortunæ ſimul, & Amori quàm olim apud Græcos, Connubiale ſacrum fieri: ſed non ideò furto raptuiue locus eſt, nimiâ libertate tentando vel neceſſitate excuſando. Quippè cùm præceps & inconſultus Adoleſcens aut perditus Amator ab inutilibus aut probroſis nuptijs arcetur, an idcircò ab omnibus? At enim aliæ quàm plures ad honorabile coniugium, & thorum immaculatum apertæ viæ demonſtrantur, rectæ, ſecuræ, illuſtres: quibus Voluptas, & Opulentia, Virtuti atque Dignitati occurrere, conciliaríque poſſint. Qui ad eas inſequendas ſe minimè aptos ingeniô, ac voluntate procliues fateri non erubeſcent: querantur illi quantum iniuſtè vo-

Himerius Sophiſta apud Phot. Bibl.

Digitized by Google

lent, dummodò pareant, ſe legis metu cogi: *Fœlix ea neceſsitas quæ ad meliora compellit.* Vtinam parem Optato, benè ſentiendi deinceps ſcribendique neceſſitatem eſſemus allaturi: eſſet inanis ac irrita ſtudij laboríſque noſtri non omninò contentio cenſenda. Verùm ab emendatione permultùm abeſt, nec enim, inſcitè nugari, an inſulsè magis carpere ſtudeat, exploratum eſt. *S. Auguſtin. epiſt. 204.*

Inuehitur in ſenatorium quemdam magiſtratum, auctorem huius Edicti formulæ quem abs re putat, eò quod Regem dicentem induxerit, ſibi in animo eſſe vt *Matrimonium ſanctificet*, quod amœniùs, & fœliciùs Gallicis vocibus explicatur. Sed quantùm id facit ad mentem profundæ veritatis in quâ totus ſtupet, excutiamus quæſo Theologiam illius volaticam à quâ tam ſæpè deſeritur aut abducitur. *Ignariſsimi,*

Digitized by Google

inquit, *rerum noſtrarum Sacramenta Eccleſiæ ſanctificare volunt.* Scripſit Edictô ſuô Princeps Chriſtianiſſimus ſibi nihil antiquius ac optabilius eſſe quàm vt matrimonium ſanctificet, ita eſt planè. Quid in hoc loquendi genere ſit criminis aut diſcriminis ignoro, niſi ad malam Optati mentem intelligatur. Non dicam ego, quod quibuſdam in mentem venit, matrimonium hîc eô modô ſanctificandum, quô ſanctificari dicitur Deus in ſcripturis, cum ei vtráque Religionis agnitione & confeſſione, laus & prædicatio propriæ tribuitur ſanctitatis: id enim eſſet matrimonium ſolùm laude, ac honore afficere tanquam munus excellens, pretioſum, diuinum. Verùm vlteriùs fertur Optimi Principis conſilium atque votum, nempè vt matrimonio deinceps inter ſubditos quoſcúmque ce-

Digitized by Google

lebrando ſanctitatem non ſolùm ineſſe cumulatiſſimam ſignificet, ſed etiam procuret : excluſis videlicet Edicto recẽtiore vitijs, quibus Sacramenti cerimoniam, ſuſcipiẽtium indignitas oppugnabat. Ignorare non debebat ſublimis ille Theologus duplicem in Sacramento ſanctitatem, vnam inſtitutionis, cui ius humanum nihil adijcere quidquam poſſit: alteram adminiſtrationis, cuius ſumma in gratiæ præſentis acceſſione poſita eſt : ad quàm ſuſcipiendam, animos virtute informando, & canones & leges poſt diuina præcepta vim ſecundam obtinent. Hac ratione ſanctificari matrimonium laudatiſſimè dicitur, id eſt, cùm integritate & munditiâ Deo quidem inſtar voti, hominibus inſtar remedij applicari : quo planè modo in ſanctis literis dies ritûs, ieiunia, orationes, decimæ, oblationes, ſacrifi-

Digitized by Google

cia ſanctificari dicuntur, cum caſtè, ſanctè, religioſéque celebrantur.

Theodoretus & S. Cyrill. in cap. 1. & 2. Ioel.

Quod ſancti Eccleſiæ Patres, *verè inculpatum omníque ex parte ſanctum reddere* ἁγιάζειν ἀμώμητον καὶ πανάγιον ποιεῖν exponunt. An præterea commemorem aliquando diuinæ linguæ, ſanctificare idem eſſe ac iubere eſſe ſanctum? quo ſenſu doctiores Optato Theologi locum illum explanant, *Ego Dominus qui ſanctifico eos*, id eſt, qui ſanctos eſſe iubeo, quod certè à propoſitô noſtrô non diſſonat, in quô matrimonium ſanctificari, hoc eſt purè ſanctéque celebrari iuxta leges Dei ſcitáque Eccleſiæ, Regiô Edictô pœnas ciuiles interponente, præſcribitur. Quid hæc omnia meruerunt Optate, vt contradictionem Core, Ozæ temeritatem, Oziæ ſacrilegium Gallis improperares? hæc non dicam de plebeiô quóque inſonti te fingere, hæc

Toſtatus Epiſc. Abulenſ. in cap. 22. Leuit.

Digitized by Google

hæc te cogitare ; ſed ab alijs etiam ficta de Patriâ & Eccleſiâ tuâ, Gallum, Preſbyterum, Theologum audire & credere potuiſſe? O, te ſi anteà nouiſſem ! ſed ignotum adhuc diligere compellor: ſi qua igitur ſalutis memoria, & cura tibi ſupereſt, moneo precibúſque contendo, vt ~~illam in primis mentem depo-~~ nas de obſequio quod te Deo præſtare hactenus exiſtimaſti, cæteris verò id ſuadêre nondum potuiſti, nunquam Optate, poteris. Magnum illud zeli intemperantis incendium, Reipublicæ buſtum eſt, ac Eccleſiæ ſummâ fide noces. Nunquam enim atrociùs in Religionem, quàm ementitæ Religionis nomine peccatur, cuius initâ ſocietate, vitia quæ ſola trepidant, & pallent, audaciam ac furorem concipiunt. Sed qualis, amabo te, Religio veritatis inimica, fidei obli-

ta, Charitatis expers? Quis te adeò
Lib. 2. Machab. πολιτῶν κατήγορος, πατρίδος ἐνδείκτης, &c. faſcinauit, vt velut alter Alcimus aut Simon, ciuium accuſator, Patriæ delator, illorum hæreſi, Schiſmate, multiplicique flagitiorum genere huius ſinum impleri, ipsóque Antichriſto prægnantem eſſe mentireris?
Optat. pag. 23. 27. & 30. Tu primus ac ſolus, Optate, hanc maculam in Galliæ faciem deſpuiſti: quære aliò tribum Dan
Geneſ. 49. Antichriſti ſeminarium, *Colubrum in viâ, Ceraſten in ſemitâ,* quem maledicentiæ liuoríſque venenô egregiè imitaris. Hæc ad te contrà Pareneticum tuum ſcripſi, rei non alterius quam Veritatis æquitatiſque cauſsâ,
Machab. 1. *Vt vindicem Gentem & Sancta*, quibus vnâ defectione omnem iniuriam intuliſti. Nec me poſtremum in hoc ſacrô bellô putes, Triarij inſtant, & grauioris armaturæ milites, qui te vt inſignem illam patriæ proditione virginẽ, vel

ſolis clypeis obruent. Ante ictum & caſum, te Optate, funeſtóſque ſcriptores illos qui tibi præiuêre, infidos Admonitores, Caſſios, Armacanos cæteróſque Galliæ obtrectatores ijs alloquor verbis quibus Ennodius Gallus, Epiſcopus Ticinenſis, Eccleſiæ Romanæ hoſtes compellat, *Mentitæ titulo Religionis gaudentes, de ſpecubus & latebris producti, redite ad amicam cæcitatem, nobis ſerenam, & diurnam lucem relinquite: concordiam Eccleſiæ aut abſentiâ aut correctione præſtate.* *Ennodius in Apologetico.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Summa Priuilegij à Christianiſsimo Galliarum Rege conceſsi.

LVdouici XIII. Galliæ & Nauarræ Regis authoritate ſancitum eſt, & Regiô diplomate cautum: ne quis in ipſius Regnô, alijſve locis eius ditioni ſubiectis, intrà decem proximos annos, à die impreſſionis primæ numerãdos excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quôuis modô & ratione curet, librum qui inſcribitur, De *Conſenſu Hierarchiæ & Monarchiæ aduerſus Paræneticum Optati Galli Schiſmatum fictoris Libri ſex: Authore M. Iſaacio Haberto SS. Eccleſ. Pariſ. Canonico, ac Theologo Doctore Sorbonico, ac Reg. Conſil. & orator. ordinar.* Præter Petrum Blaiſe aut illos quibus ipſe conceſſerit. Prohibitum inſuper eodem diplomate omnibus Regis ſubditis, ne eundem librum extra Regni limites imprimendum curent, vel quempiam vbicumque fuerit, ad id agendum prouocent ſine conſenſu dicti Petri Blaiſe, ſub pœnâ confiſcationis librorum, alijſque mulctis, illo diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſijs, Die vltimâ menſis Iunij annô 1640.

Signatum de mandatô Regis.

CEBERET.

Digitized by Google

[illegible] by Google

Digitized by Google

N. 4770. f. 15

Digitized by Google